



Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 1. De obligatione recitandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98538)



TERTIA PARS, DE OBLIGATIONIBVS ET ONERIBVS, CONTINET QVATVOR CAPITA.

CAP. I.

De obligatione recitandi.

SVMMARIA.

Quodlibet beneficium obligat saltem ad recitandum horas, cum detur propter officium, n. 1.
Non recitantes etiam ante sex menses peccant mortaliter, & post sex menses ab obtento beneficio fructus suos non faciunt pro rata omissionis officij & temporis, n. 2.
Literam constitutionis Concilij Lateranen. ult. qui referunt, n. 3. quam male mutant aliqui, n. 4.
Dicitur constitutio in nouatur, & declaratur per constitutionem Pij V. 138. que hic ponitur, n. 6.
Istam constitutionem Pij V. qui adducunt, & explicant, n. 6.
Beneficiati non recitantes, non tenentur ad restitutionem fructuum ex iure naturali, & diuino, sed ex iure positivo n. 7. & ita de iure antiquo non tenebant eos restituere, n. 8. contra aliquos relatos, n. 10.
Verbum, statim, est iuris noui inductum, n. 9.
Regula, quod datum ob causam, causa non secuta repeti potest, explicatur, n. 11. 12. & 13.
Obligatio recitandi, quam habent beneficiati, sicut illa, quam habent in sacris constituti, non est iustitia, sed religionis ex precepto Ecclesie, n. 14. & 126. contra aliquos relatos num. 15.
Beneficiatus omittens aliquod seruitium, seu munus inunctum, non tenetur ad restitutionem, sed illud supplere, si potest, nec qui non residet in benef. residentiam requirentem, n. 16.
Beneficiatus non recitans intra sex primos menses facit indistincte fructus suos, quicquid aliqui dicant, n. 17. vsque ad 23.
Beneficiatus omittens officium primo semestri, non tenetur ad restitutionem etiam si per aliquod tempus horas persoluerit, & postea omittat, contra Summam Coronam, n. 24. & 25.
Beneficiatus, qui bona fide, & absque mortali omisit recitare, etiam post sex menses, non tenetur ad restitutionem, n. 26.
Etiam pro missione unius, aut duorum dierum, aut unius horae est obligatio restituendi pro rata, n. 27.
Non recitantes tenentur restituere in integrum omnes fructus, etiam si beneficium sit curatum, vel habens alia onera contra aliquos, n. 28. vsque ad 34.

Restitutionem distributionum quotidianarum, seu grossae Canoniarum, quas Canonici alias choro interessentes amittunt ob non recitationem horarum, acquiritur fabricae, vel pauperibus, & non aliis Canonicis, seu mensae capituli, licet alias soleant aliis accrescere, n. 35. & 36. & idem in redditibus pensionis amissis, ob non recitationem officij parui, n. 37.

Quodlibet beneficium, etiam tenue, obligat ad horas contra aliquos, n. 38. 39. & 40.

Beneficium nullo omnino habens redditus, non obligat ad horas, n. 41. non solum, quod nunquam habuit redditus, quod reuera beneficium dici non potest, nam beneficium non debet esse sine redditibus, n. 42. & 43. sed etiam, quod ab initio eos habuit, n. 44.

Et si beneficium habeat redditus, si tamen illud habens neque per se neque per alium percepit, nec per eum stat, in posterum est percepturus, non tenetur recitare, num. 45.

An qui habet solum tit. beneficij, reseruatis alteri omnibus fructibus teneatur recitare, n. 46. cum seq. vsque ad 59. ubi ponuntur varia sententiae, & resoluitur distinguendo.

An noui Canonici teneantur recitare primo anno in quo non lucrantur ex statuto, vel consuetudine Ecclesiae, n. 60. cum sequentibus vsque ad 77. resoluitur teneri, si saltem lucrantur horas, seu distributiones quotidianas, aut si fructus reseruantur post mortem, aut si per ipsos stat, si vero nihil lucrantur, etiam de facto non teneri.

An ratione beneficij teneatur quis recitare etiam ante possessionem quesitam, n. 78. ponuntur sententiae doctorum vsque ad n. 83.

Certum est non teneri recitare, qui adhuc ius in beneficio non habet, licet habeat ius ad illud, n. 83.

Certum etiam est teneri recitare beneficiatum, si habet possessionem beneficij, aut per eum stat, numer. 85. quod videtur etiam habere locum in habente possessionem beneficij, maxime cum fructibus, licet non pacificam, sed cum litigio contra aliquos, num. 86. cum sequen.

Videtur etiam id habere locum in habente possessionem beneficij sine iusto titulo, n. 90. quamuis promissus, cuius collatio non valet, non tenebitur recitare ante possessionem, etiam si per eum steterit, n. 91.

Habens collationem beneficij acceptam tenetur recitare licet nondum acceperit possessionem, nec per eum steterit, n. 92. quando promissio est certa, quamuis contraria sententia non videatur improbabilis, n. 93. cuius fundamento respondetur, n. 94. nec Nauar. tenet

contrarium, & Man. Rodr. est sibi contrarius numero 95.

Contraria opinio procederet in Canonico, qui nihil potest querere de fructibus ante possessionem, n. 96.

Nescienti recitare non est licitum accipere beneficium sibi collatum, nec illud praeendere secundum Naua. & alios. num. 97. sed hac sententia videtur nimis rigida, n. 98.

Expectantes beneficia ratione expectatiua, vel resignationis, quia in eorum fauorem sit, aut presentationis, electionis, seu nominationis de eis facta, mandative de providendo, sicut, & qui volunt sacris initiari, debent sibi parare breuiarium, discereque modum recitandi, num. 99.

An etiam teneatur recitare habens prouisionem, & titulum benef. in cuius possessione est alius, contra quem litigat, aut neuter, n. 100. sententia negatiua, 101. aff. n. 102. quia placet, quando esset certa, aut quasi certa victoria illius n. 103. alias secus, n. 104.

An qui habet beneficium in commendam teneatur recitare, n. 105. & 106. resoluitur teneri, si est ad utilitatem commendatarii, secus vero si est ad utilitatem Ecclesiae.

An coadiutor propter coadiutoriam teneatur recitare, n. 107. & 108. & 109. ponuntur sententiae doctorum, & resoluitur non teneri.

An habens plura beneficia teneatur pluries dicere officium n. 110. cum sequentibus resoluitur negative.

Habentes cum beneficio seu ordine sacro pensionem non tenentur recitare officium paruum B. Mariae, sed satisfaciunt recitando officium maius, n. 117.

Pensionarius clericus, si efficiatur miles Ordinis militaris cum indulto retinendi pensionem, non tenetur ad horas B. Mariae, sed sufficit, quod recitet orationes à Religione praescriptas, n. 118.

Pensionarius, qui non habet sacrum ordinem, seu beneficium, potest omisso officio paruo recitare officium maius, n. 119.

Qui habet plura beneficia iniuste sine legitima dispensatione, non tenetur pluries recitare, n. 120.

An habens plura beneficia omittens officium peccet tot peccata, quot habet beneficia, an vero unum solum, n. 121. cum sequentibus, resoluitur, non peccare nisi unum solum, etiamsi cum beneficiis haberet ordinem sacrum, & idem est in frangente duplex vigilia, vel festum.

An omittens uno die omnes septem horas committat unum tantum peccatum, an tot peccata quot sunt horae, numer. 131. cum sequentibus resoluitur unum tantum peccatum committere, etiamsi pluries id proposuerit, nisi facta sit interruptio per penitentiam, seu alium contrarium.

Si quis omittit recitare officium unius mensis, vel anni, tot sunt peccata, quot diebus omisit, licet secus sit in actu voluntatis, quo id proposuit in genere, numer. 139. & 140.

Supposito, quod omittere uno die horas, etiam omnes, est unum tantum peccatum, an sit in confessione explicandum, quot horas omisit, numer. 141. cum sequentibus, resoluitur esse explicandum, & declaratur quando circumstantia notabiliter aggravantes sint consideranda.

An beneficiarius dicens officium per aliud breuiarium à Romano, vel dicens de sancto, cum erat de feria, satisfaciatur ita, ut non peccet, saltem mortaliter, nec teneatur ad restitutionem, numer. 145. cum sequentibus, resoluitur contra aliquos, non solum qui crebro, sed etiam qui uno aut altero die id faceret, non

satisfacere, sed peccare morte aliter, & teneri ad restitutionem fructuum.

An postea peccatum, quod alias esset veniale, ratione praecedentis fiat mortale, & quando, & an veniens, seu iurans quotidie recitare, aliquid paruum, vel dare elemosinam paruum, nunquam peccet mortaliter, etiamsi per multos dies id omittat, numer. 167. cum sequentibus.

Qui recitaret de uno sancto, cum esset recitandum de alio, si est parua differentia inter unum, & alterum officium sufficit repetere particularia illius officij, numer. 175.

Qui recitauit de sancto, cum esset recitandum de feria, vel de contra, quia forte calendarium, quod vidit, erat erratum, aut sequendo sententiam peritorum, quae postea apparet falsa, probabile est, quod satisfacit, numer. 176.

An privilegium Innocentij III. concessum, fratribus Minoribus, quod ratione inneris, seu alterius iustae causae existentes extra suos Conuentus, possint recitare non iuxta ordinem Breuiarij Romani, sit reuocatum per Bullam Breuiarij Pij V. n. 177. cum sequen. resoluitur esse reuocatum.

Privilegium concessum per Martium V. patribus S. Hieronymi, quod infirmi, & senes satisfaciunt obligationi, recitando aliquos Psalmos, & aliud Minorum, & alia similia, non videntur reuocata, quia non sunt contra dictam Bullam, n. 180.

An beneficiatus recitans sine debita attentione teneatur ad restitutionem fructuum, n. 181. cum sequen. resoluitur cum non satisfacere, sed teneri ante lapsum diei repetere contra aliquos, & sic teneri ad restitutionem fructuum contra illos & alios.

An qui dicit officium cum debita attentione, sine intentione tamen, & animo satisfaciendi, satisfaciatur, an teneatur iterum recitare, numer. 189. cum sequentibus, ponuntur sententiae Doctorum, & resoluitur satisfacere, & responderetur rationibus aliarum sententiarum.

Certum est, etiam in opinione aliorum, non esse necessariam actualem intentionem satisfaciendi, sed sufficere virtuale, n. 209. & quando illa sit ibi, & numer. 210. & 211.

An beneficiatus non potens recitare per se, qui tamen potest cum socio, teneatur sic recitare, n. 212. cum sequen. ponuntur opiniones Doctorum, & concordantur.

An qui propter infirmitatem non potest totas horas recitare, potest tamen partem, teneatur illam recitare, numer. 216. cum sequen. ponuntur sententiae Doctorum, & resoluitur.

Laudes, quamuis, sint una hora cum matutino, tamen possunt ab illo diuidi, & recitari per modum horae distinctae, n. 224. dicendo in principio, Pater noster, & Ave Maria, n. 225.

Alia de Materia Horarum Canonicarum, apud quos sint videnda, n. 227.

Cum beneficium datur propter officium, ut supra dictum est, 1. par. c. 2. num. 59. quodlibet beneficium Ecclesiasticum obligat, saltem ad recitandum Horas Canonicas, cap. fin. 92. disjunct. & facit tex. in cap. 3. & in ca. diuersis fallacis, de clericis coniugatis, Doct. in c. 1. de celebratione Missae. Nauar. de oratione, c. 7. n. 3. Durandus de ritib. Ecclesiae Catholicae, l. 3. c. 22. ru. 7. & 8. Card. Bellarm. 3. tom. ultima controuersia 3. controuersia, l. 1. ca. 19. & est communis sententia, ut per Valentiam, 1. tom. sup. 2. disputazione 6. quae 2. pun. 10. circa secundum, 2. concl. Agor in institutionibus mora-

bus moralibus l. 10. c. 3. & P. Ledesma in sum. 2. par. tract. 9. c. 4. 6. conclus.

2 Alioquin non recitantes, etiam ante sex menses, peccant mortaliter, & post sex menses ab obtento beneficio fructus suos non faciunt pro rata omissionis officij, & temporis, sed eos restituere tenentur fabricis, vel pauperibus, ex constitutione Concilij Lateranen. vltimi. sub Leone X. sess. 9. §. statutus, cuius literam referunt Nauar. de oratione d. cap. 7. num. 31. & præcipue, t. cap. 21. n. 61. Gigas de pen. sio. q. 30. Bernard. Diaz de Lugo, in pract. crimin. 6. non. 54. alias 49. Grego. Lopez, in l. 34. tit. 6. pag. 1. verb. en la Iglesia. Sandoual, in tract. de officio Ecclesiastico, canon. 5. par. cap. 5. M. Ant. Cuchus in institutionibus maioribus, l. 5. tit. 7. n. 39. Fuscus de visitatione, l. 2. cap. 20. n. 21. Durandus, l. lib. 3. c. 25. num. 7. Summa Coronas, 1. par. cap. 1. n. 92. Acor, d. l. 10. c. 14. §. secunda & tertia & alij.

4 Quam diuinando male mutant Sotus de t. iustitia & iure, l. 10. q. 5. art. 6. & Menochius de arbitrar. l. 2. casu 429. n. 10. qui tamen in additione 6. n. 2. recipiunt lectionem communem.

5 Quæ constitutio innouatur, t. & declaratur per constitutionem Pij V. l. 8. quæ sic ait. *Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam, ex proximo Lateranen. Concilio.*

6 Quam constitutionem adducit, t. & explicat Nauar. d. c. 7. a. n. 31. & in Manual. confess. cap. 25. n. 122. & sequen. Fuscus supra n. 22. Azevedo in l. 27. tit. 3. l. 1. recopil. numer. nono. A. Rochus Veronen. de visitatione, verbo diuinum officium. Durandus dicto cap. 15. numer. septimo & Summa Coronas, ubi supra, numero 93.

7 Ex qua constitutione Concilij Lateranen. t. ac Pij V. inferitur, t. beneficiatos non recitantes officium diuinum, non teneri ad restitutionem fructuum, ex iure naturali, & diuino, sed ex iure positivo dict. Concilij, & constitutionis Pij V. in pœnam peccati impediende acquisitionem illorum, quicquid dicat Gabriel Vazquez, tit. 2. tom. 2. disput. 168. a. numer. 33. contra expressa verba dict. constitutionum. Si enim ex iure naturali ad id tenerentur, etiam primis sex mensibus omittentes officium tenerentur illos restituere.

8 Et ita de iure antiquo, t. ante d. constitutionem Concilij Lateranen. verior erat sententia, beneficiatos non recitantes, non teneri restituere fructus interim perceptos, quam tenet Innoc. Io. And. Butrius. Cardin. & Panorm. num. 8. in cap. 1. de celebratione Missar. & sequuntur Fel. in c. postulasti, n. 7. de rescrip. l. 1. in l. socimarios, n. 6. C. de testam. militis, Colmas Guinier. in prag. sanctione, tit. qualiter hora canon. sunt decedenda, verb. teneatur, summa Roselli, verb. clericus, 4. n. 23. Siluest. eodem verb. clericus, 4. n. 16. quæst. 23. qui alios citat, & dicit, ita tenere pene omnes. Armilla verb. beneficium, num. 68. & verb. clericus, num. 27. Nauar. dicens communem de oratione d. 6. 7. n. 31. & c. 10. n. 56. & c. 21. num. 58. & 90. Didacus Perez ad Villad. de irregular. cap. num. 22. Cuchus d. tit. 7. num. 39. P. Grego. de benef. cap. 6. num. 12. & Acor. d. l. 10. cap. 14. quæst. 1. quam etiam dicit communem Couar. l. 3. variar. c. 13. n. 10.

9 Pro qua etiam facit, t. quod verbum, statuimus de quo in d. constitutio est iuris noui inductiuum, gloss. in cap. ut litigantium, de officio ordi. in sexto, & in Clementina fin. de rescrip. verb. statuimus, Felin. in capit. 2. de iudic. numer. decima & Nauar. de spoliis §. 8. numer. 3.

Quamuis cōtrariam sententiam tenuerit Calder. t. in d. c. 1. quam sequuntur Domin. d. cap. fin. de rescrip. in sexto. & in c. si Canonici. §. scituri per te. x. ibi, qui tamen parum facit, vt per Felin. sup. de offi. ordi. in sexto, Decius in cap. cum omnes de consue. 2. lectura, num. 16. dicens, verior em videri in puncto iuris, saltem in foro conscientie. Ripa in leg. si. C. le reuocan. donat. q. 66. Angelus in sum. ver. hora canon. §. 11. Tiraq. in tract. cessante causa, l. p. nu. 46. Gamb. de officio legati. l. 6. num. 328. Simancas de Catholicis institutionibus c. 9. 208. Baeza de decima tutori præst. c. 11. nu. 6. A. Ro-chius supra. Durandus, d. c. 25. n. 7. & P. Ledes. d. tract. 9. c. 4. circa 21. conclusionem, pag. 1088. in parte respondente recitationi horarum, Sotus d. l. 10. q. 5. ar. 6. Valentia d. disp. 6. q. 2. pun. 10. circa 8. vers. respon. per dist. & Gabr. Vazquez, d. tom. disput. 160. n. 32. & seg. & disput. 168. n. 34. & in beneficiis sine cura, P. Nauar. de restitutio l. 2. c. 2. n. 216. & Arragon. 2. 2. q. 83. art. 13. & videtur tenere Lud. Carbo. de restitutione, q. 61. n. 11. & 14. dicto.

Quorum præcipua ratio est, t. quæ sumitur ex c. 11 fin. de rescrip. in 6. quod beneficium datur propter officium, vbi cumq; autē aliquid datur ob causam, causa non secuta repeti potest, vt in titulo de cōditione ob causam. Cui tamen respon. quod licet t. beneficium detur propter officium, non tamen datur sub conditione officij, sed sub modo, & onere, vnde modo, & onere non seruato, adhuc fructus erant beneficiati, ratione tituli, nem habet in beneficio, vt inquit Siluest. supra, & illa regula, quod datum ob causam, t. causa non secuta repeti potest, nō videtur procedere in eo, quod dāt ob causam perpetuam, & successiuam, id est cū onere perpetuo, & successiuo, vt in proposito; maxime, quod obligatio recitandi, quam habent beneficiati, sicut illa, quam habent in sacris constituti, non est iustitiæ, sed religionis, ex præcepto, & instituto Ecclesiæ, vt t. videtur tenere Nauar. d. cap. 2. n. 205. & Arragon. d. art. 13. vers. aliterum. Et Enriquez, & Acor infra citandi, n. 125. vbi etiam dicemus, & idem Acor d. lib. 10. cap. 1. & 4. vltima quæst. & cap. 13. quæ. 9. & d. capit. 14. quæst. 1. quamuis esse iustitiæ male teneat, lo. de Lignano, de horis canon. in rep. Clemens. dignum, t. de celebratione Missarum, l. 5. q. 3. Alb. de Ferra. eod. tract. nu. 8. Col. supra, Siluest. verb. hora, n. 3. Nauar. d. c. 7. de oratione n. 3. Sotus d. art. 6. & Durandus d. c. 25. n. 8. in fin. & c. 23. n. 3.

Et facit, nam beneficiatus, seu capellanus, t. qui o-mittit aliquod seruitium, seu munus iniunctum, vt Missam, vel cantare Euangelium, seu Epistolam, non tenetur ad aliquam restitutionem, sed illud supplere, si potest, quicquid dicat Ludo. Carbo d. q. 61. l. 4. dicto, quamuis ista videatur obligatio iustitiæ, & officij. Item non residens in suo beneficio residentiam requirente, non tenetur ad restitutionem fructuum, nisi alias priuatur, Abb. in d. c. 1. n. 8. & Felin. in cap. d. 4. de præscrip. n. 33. vers. 6.

Vnde subinfertur beneficiatum t. non recitantem intra sex primos menses facere fructus suos etiam si sciat recitare, & non velit, sed solum peccare mortaliter, Nauar. supra, & consi. 19. de celebratio. Missar. Graffius in decis. aureis casuum conscientie, leg. 2. cap. 50. numer. 13. & cap. 51. numer. 3. Acor. dict. cap. 14. quæst. 2. 3. & 4. & Cardin. Toletus in sum. leg. 2. c. 12. vers. primum sit.

Quamuis Durandus d. c. 25. n. 7. t. cum Nauar. contra Sotum sentiens in d. Concilio Lateranen. retinendam vocem, post sex menses, quæ etiam legitur in d. constitutione Pij V. in qua Concilij verba fide-

- ter scribuntur, à Nauar. tamen dissentit, dum existimat beneficiarium, qui non recitat horas intra sex menses, non teneri ad restitutionem, nam argumentum, inquit Durandus, à contrario sensu, post sex menses tenetur, ergo ante sex menses non tenetur. *argumen. l. cum prior. ff. de iudic. c. cum Apostolica, de his que sunt à Prelat. cum vulgaris*, non semper efficax est, ubi præsertim sequeretur absonus, & absurdus intellectus, à quo etià Nauarr. dissentit, Menoch. *d. additione, casus 429. num. 3*. Sed certe, quicquid ipsi
- 19 Durandus, & Menoch. dicant, negari non potest Concilium Lateranen. & Pium V. in d. constitutione clare, & euidenter sentire, quod beneficiarius intra menses officium non dicens, non tenetur ad restitutionem fructuum, solum. n. obligant beneficiarium non recitantem ad restitutionem, si post sex menses ab obtento beneficio officium non dixerit, & sic conditionaliter, sub ista conditione, non alias. Et
- 20 Pius V. in sua constitutione, Tid euidentius ostendit in vers. item ille, ubi ait, quod qui primis sex mensibus officium non dixerit, graue peccatum intelligatur admisisse, & non dicit, quod fructus suos non faciat, seu quod illos debeat restituere sicut de non dicente officium. post sex menses dictum erat.
- Vnde etiam conuincitur sententia Cerolæ in *praxi Episcopali, l. p. verb. beneficium, §. 4. dub. 1. tenentis*, quod si infra sex menses nescit recitare officium, excusatur, & facit fructus suos, ex indulgentia Concilij Lateranen. & constitutionis Pij V. si vero scit, & nolit recitare peccat mortaliter, & non facit fructus suos, quia illius temporis spatium fuit indultum, ut possit edoceri: quem sequitur Lælius Zechus, *num. 7. versic. tenetur demum beneficiarius*, dicens, turriorem esse istam opinionem, licet & contrarium, quoad fructus, in hoc 2. casu sustineri posset, cum ius id tempus indulgeat, conuincitur inquam ista sententia Zerolæ ex dictis, maxime ex *§. d. vers. item ille*, nec hic agitur de indulgentia, sed Concilium Lateranen. & Pius V. solum voluerunt obligare ad restitutionem beneficiarium, qui post sex menses officium non dixerit.
- 24 Subinfertur etiam beneficiarium qui omittentem officium primo semestri non teneri ad restitutionem fructuum, sed illos suos facere, non solum, si statim post collationem beneficiij incipiat officium dimittere, sed etiam, si per aliquod tempus susceptum beneficium horas persoluerit, & postea incipiat illas
- 25 omittere; quamuis in *§. hoc secundo casu contrariū* teneat Summa Corona, *d. l. par. c. 1. n. 92. vers. 3. nota*, dicens, tunc non suffragari ei hoc tempus sex mensium, sed pro qualibet die, qua officium dimiserit ratam beneficiij amittere, quæ sane sententia videtur contra d. constitutionem, & sine fundamento, & secundum eam esset melioris conditionis plus delinquens, quam minus delinquens, quod est absurdum.
- 26 Subinfertur etiam beneficiarium, qui bona fide, & absque mortali peccato omisit recitare, etiam post sex menses, non teneri fructus restituere, ut per Açor *d. c. 14. §. 7.*
- Secundo principaliter infertur contra Sotum, *d. art. 6. Menoch. d. casu. 429. Bar. Medit. in sum. l. 1. c. 14. §. 11. Ludo. Lopez instruet. conscient. 1. tom. c. 245. v. 2. tom. c. 105. & Vegam in sum. 1. par. cap. 36. casu 1. §. 2. & cap. 1. §. 8. casu 18.* etiam pro omissione vnius, aut duorum dierum, aut vnius horæ esse obligationem restituendi pro rata, ut clare dicitur in d. constitutionibus, & recte aduertunt Nauarr. *de oratione, c. 21. n.*

60. & 62. Angles in floribus Theolog. q. de restitutione. q. de rest. facienda, propter negligentiam Eccles. art. 1. Nauar. n. 207. & Arrag. sup. Man. Rodrig. in explicat. tione Bullæ compositionis casu 1. dub. 1. & in sum. 1. tom. c. 145. n. 1. Graffius d. l. 2. cap. 51. n. 9. Summa Corona d. cap. 1. n. 93. not. 2. Viuald. in append. Candelabri aurei, c. 1. n. 32. Açor d. c. 14. §. 7. & P. Ledesma, supra.

Tertio infertur, non recitantes teneri restituere in integrum omnes fructus interim perceptos, etiam si beneficium sit curatum, vel habens alia onera, ut Misfar. &c. Quamuis contra teneant Sotus Bar. Med. & Arragon. sup. Lud. Lopez, d. cap. 245. v. 105. Man. Rodrig. d. cap. 145. num. 4. Enriquez in in sum. l. 13. c. 13. §. 2. Vega d. casu 1. §. 2. Tolet. d. l. 2. c. 12. secundum dicto. Zechus de benefici. & pensione cap. 3. circa finem & P. Ledesma sup. d. pag. 1088. v. seq. & inclinant lo. Baptista Corradus, in responsi. casuum conscientie. q. 240. in additione, & Lud. Carbo. d. q. 61. 13. dict. dicentes, non tenere restituere, nisi partem correspondentem obligationi recitandi horas. Quorum sententia, quam alij moderni Theologi Hispani sequuntur, nunquam mihi placuit, nam est clare contra d. constitutionem Concilij Lateranen. quæ loquitur etiam de beneficio cum Cura, & clarius contra d. Constitutionem Pij V. qui innouando, & declarando d. Constitutionem Concilij statuit, ut qui horas omnes Canonicas, vno, vel pluribus diebus intermiserit, amittat omnes beneficii fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur, qui vero matutinum, tantum dimidiam, qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam, qui horarum singulas, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat.

Vnde cessant, explicationes seu euasiones Bar. Medin. Arrag. Lud. Lopez, & Manuel. Rodrigu. 2. sup. dicentium, quod d. constitutio Pij V. loquitur de beneficiis non habentibus aliam obligationem quam recitandi, vel quod est intelligenda de ista parte fructuum, quæ in beneficio correspondet obligationi recitandi; Prima enim explicatio conuincitur ex verbis expressis d. constitutionum, quæ loquuntur etiam de beneficio cum Cura. Secunda etiam conuincitur ex verbis expressis earundem constitutionum, maxime Pij V. quæ agit de restitutione omnium fructuum beneficii.

Nec etiam quicquam valet alia responsio *Me- dinæ sup. & Lud. Lopez. d. c. 245.* quam ponit etiam Corradus sup. quod d. constitutio Pij V. in ea parte est pœnalis obligans, quando iudex id mandauerit. nam quamuis sit pœnalis, tamen cum impediatur acquisitionem fructuum, ex quo dicit illos non facere suos, obligat ante iudicis sententiam, iuxta communem omnium sententiam, de qua infra 11. p. c. vlt. n. 9. & aduertunt in proposito, Nauar. sup. nu. 207 & Summa Corona d. n. 93. not. 7. & etiam si non impediret acquisitionem fructuum, obligaret in conscientia ad eorum restitutionem, secundum Gabr. Vazquez d. disputat. 168. n. 30.

Et hanc nostram sententiam tenet Nauarr. sup. 33 n. 217. qui ait, quod suppositis d. constitutionibus, vix tandem audeat admittere d. sententiam Bar. Medinæ, cum apertissime decernant, & statuunt, & in curatis beneficiis ob horarum dimissionem fructuum perceptorum restitutionem faciendam, eosque suos non facere, sed iniuste possidere, & quod etsi rigidum, in curatis saltem videatur, attamen salutare, & iustum videtur. Tenent etiam Valentia, ubi proxime, *†* dum ait in pœnam esse statutum iure canon. ex d. 34 confli-

constitutionibus, quodj restituantur pro rata temporis, & omiffi officij omnes fructus, post illud semestrem, & optime Agor d. l. 10. c. 14. g. 5. & Gab. Vazquez d. l. 160. n. 33. & 34. vbi ait: Ecclesiam de re iure restituere omnes fructus, etiam si debeatur ob alia ministeria, quando praetermissa sunt horarum recitatio, & bene restituere omnes fructus beneficiarium, qui vere omiffi officium recitandi, & melius d. l. 168. n. 34. & 35. vbi inquit: quod id, quod ait Sotus legem illam Concilij Lateranen. non priuare omnib. fructibus, seu ratione aliorum ministeriorum spiritualium, aliquam partem retinere posse, sine fundamento est, cum plane lex illa omnib. fructibus, sump. priuet, & hunc sensum eam plane explicari Pius V.

Quarto inferitur contra Nauar. de oratione, t. c. 7. n. 34. & 35. & in man. c. 25. n. 123. & consil. 20. n. 2. & 3. de celebratio Missar. & Nauar. d. l. 2. c. 2. n. 222. Arrag. d. 9. 83. art. 13. versic. solet a quibusdam. Cosimam Philareum, de officio sacerdot. l. p. bi c. 12. Ludo. Lopez. d. cap. 425. & 105. Grassius d. l. 2. c. 51. n. 12. Man. Rodriguez d. cap. 145. n. 3. Vegam, d. l. par. c. 128. casu. 18. Ludo. Carbo. d. 9. c. 12. dicto, Card. Toletum, d. l. 2. c. 12. tert. dicto, & Agor d. cap. 14. quast. 11. restitutionem distributionum quotidianarum, seu grossa Canonica-tuum, quas Canonici alias choro interefcentes amittunt, ob non recitationem horarum, iuxta d. constitutiones fieri oportere fabricae, vel pauperibus, & non aliis Canonici, seu mensae capitalari: t. quamuis distributiones, seu grossa amissa per aliquem Canonici foleant aliis accrescere, vel remanere in mensa, vt dicitur infra c. seg. 24. dubio, a nu. 443. secus tamen in amiffis, ob non recitationem horarum ab illis, qui alias lucrificerent iuxta ea, quae dicemus d. cap. seg. 27. dubio, a nu. 514. cum enim amittantur ex d. constitutionibus statuendis restitutionem faciendam esse fabricae, vel pauperibus, illis erunt restituenda, & consequenter in eis habebit locum Bulla compositionis, quamuis non habeat locum in distributionibus alias male perceptis, quae debentur, & accrescant aliis clericis interessentibus horis, seu mensae capitalari, vt per Man. Rodrig. in explicacione Bullae compositionis, casu 1. dub. 2. nu. 16. Lud. Lopez instr. conf. c. 2. tom. 2. par. cap. 10. & Vegam in sum. 1. p. c. 43. casu 14. & Enriquez in sum. l. 7. c. 36. §. 3. & similiter redditus pensionis amiffi, non ob recitationem officij parui t. B. Mariae, sunt restituendi fabricae, vel pauperibus, & non beneficiario, & in eis habebit locum compositio, quamuis alias amiffi sint restituendi beneficiario, seu titulari, vt dictum est sup. 1. p. c. 5. n. 133.

37. His sic constitutis, t. & permiffis oportet aliqua dubia difficilia in hac materia examinare, & primo dubitatur, vt quodlibet beneficium, etiam per exiguum, & tenue obliget ad horas Canonicas, in quo Sotus d. lib. 10. q. 5. art. 3. tenet non obligare ad horas beneficium valde tenue, quod saltem non adiuuat bonae parti sustentationis clerici, seu non praebet mediocrem sustentationis partem, quia istud pro nihilo reputatur, sequitur Arragon. d. qu. 83. art. 12. dicens, quod Sotum communiter sequuntur recentiores Theologi. Man. Rodrig. d. l. 10. sum. c. 140. n. 3. Vega 1. part. cap. 128. casu 13. P. Ledefina. d. 2. par. trac. 9. ca. 4. 6. conclus. 4. difficut. Soti opinionem non videri extra rationem inquit Sandonal. de officio Ecclesiastico 3. par. c. 5. & nouissime sequitur Lessius de inst. & iure, l. 2. c. 54. dub. 31.

39. In contrarium tamen est vetus & communis, & vera sententia, nempe beneficium quantumuis te-

nue obligare ad horas Canonicas, tenet gl. in c. clericus vult. 91. dist. quam ibi sequuntur Doct. & in c. 1. de celebrat. Missarum, Cardin. in Clement. 1. epd. rit. num. 6. 10. de Lignano, q. 3. & Abb. de Fer. num. 10. de horis Canonicis, D. Anton. in sum. 3. par. rit. 13. cap. 4. §. 1. Rosella verb. hora Canonica, num. 1. Tabiena verb. hora §. 2. Siluest. eodem verb. num. tertio Armilla verb. hora canonica, num. 1. Cosmas in pragmatice dicto rit. qualiter hora Canonice sunt dicenda, verbo teneantur, Nauar. dicens communem, & recte probans de oratione, cap. 7. n. 27. & c. 21. n. 11. & in man. c. 25. n. 102. & conf. 3. nu. 1. ne clerici, vel monachi. Mart. Ledef. dicens, esse sententiam communem, 2. q. quast. 15. artic. 4. dub. 5. Sandonal d. c. 5. Couar. d. l. 3. variarum. c. 13. n. 8. vers. 12. Io. Medina. de oratione, q. 7. Cuchus d. l. 5. tit. 7. num. 9. Durandus d. l. 3. c. 22. n. 10. Cosmas Philiar. d. 1. part. 1. l. cap. 4. & 9. dicens etiam communem, & recte probans Grassius d. lib. 2. cap. 30. n. 18. Fr. Ludo. Peia in responsio. casuum conscientiae, casu 53. Summa Corona d. 1. par. c. 1. n. 92. Io. Baptista Corradus in responsis casuum n. d. qu. 240. dicens communem, & vniuersalem opinionem, Valentia. d. 3. tom. disputat. 6. q. 2. pun. 10. circa septimum, Cerola in d. praxi Episcopali, 1. par. verb. beneficium, §. 4. & verb. hora Canonice, §. 2. Toletum d. l. 2. cap. 14. §. caus. 8. & Victorellus in annotationibus ad eum d. l. 2. c. 12. dicens etiam communem, & Agor, dicens etiam communem, d. l. 10. c. 3. quast. 3. cui magis accedit Ludo. Lopez 1. tom. instr. conscientiae, c. 244. & 2. tom. c. 105.

Quae sententia probatur ex eo, t. nam ob quodlibet beneficium, quantumuis simplex, & exiguum, deputatur quis ad laudandum & rogandum Deum, eique inferuendum pro populo, seu Ecclesia ab ea recipiens aliquem prouentum, licet sibi sustentando imparem, & sibi imputet, qui tale beneficium accepit, & nullus canon eum excusat, & facit d. constitutio Pij V. vers. declarantes, ibi, & quacumque alia beneficia.

Si tamen beneficium nullos omnino redditus haberet, non obligaret ad horas, t. quia cessat tunc ratio obligationis, cum nullum stipendium ab Ecclesia recipiat, & ita sentit Nauar. sup. & alij licet contra teneat Cerol. d. §. 4. d. 6. quem sequitur Tech. de re. pub. Eccles. d. tra. de beneficiariis, nu. 7. vers. tenetur de mun. benefic.

Quod non solum procedit in beneficio, t. quod nunquam habuit redditus, quod reuera beneficium dici non potest, sed est beneficium fictum, & de vetero, & sic non potest permutari, seu resignari. Sarnen. in reg. de annali, q. 47. Nauar. consil. 8. n. 14. & 18. de in. re patron.

Nam beneficium non debet esse sine redditibus. 43. Ferretus t. consil. 312. numer. 1. cum sit ius percipiendi fructus, vt in diffinitione beneficii, de qua sup. 1. part. cap. 2.

Sed etiam in beneficio, t. quod in initio, & tempore foundationis habuit redditus, sed temporum calamitate perierunt, nam quantumvis istud sit beneficium in potentia, & habitu, & sic possit permutari, & resignari, vbi sup. & Flam. Paris. sic intelligendus, de resignat. benef. l. 2. q. 8. tamen non est beneficium actu, vt per Valentiam, dict. tom. disput. 6. q. 16. pun. 3. vers. sic postremo circa eund. qui ait, quod qui habet beneficium, sine fructibus non censetur absolute, & proprie habere beneficium, saltem actu, & militat ratio dicta & conducunt tradita per Goncal. glof. 55. a numer. 26.

Immo & beneficium habeat redditus, t. & si ta-

men illud habens, neque per se, neque per alium percipit ullos fructus, saltem distributiones, nec per eum stat, quominus illos percipiat, nec in posterum percepturus est, seu sperat percipere pro eo tempore, ratione forte belli, vel alia causa non tenetur ratione illius beneficii recitare, cessat namque in eo ratio obligationis, tenetur enim beneficiatus ad officium diuinum, quia stipendium habet Ecclesiasticum, ita Caiet. in *sum. verb. hora Canonice*, §. 1. Armilla eodem num. 1. Nauar. d. cap. 7. num. 28. & d. cap. 25. num. 103. Angeles, *supra* Philiar. d. lib. 1. c. 3. in prin. Fr. Lud. Lop. d. cap. 24. & 105. Grassii, d. cap. 50. num. 16. Durandus d. cap. 22. num. 10. ad fin. Flam. Paris. de resignat. lib. 1. g. 9. numer. 3. Fr. Min. Rodrig. d. cap. 140. num. 4. & 144. in fine. Vega d. cap. 128. casu 12. & 13. Valen. d. pun. 10. circa septimum. Toletus d. c. 14. sexta causa, Aqor. lib. 10. cap. 4. 6. quest. Eman. Sa. verb. hora Canonice, nu. 1. & P. Ledesma d. tract. 9. cap. 4. 13. conclus.

46 Vnde secundo dubitatur, t an qui habet solum tit. beneficii, reservatis alteri omnibus fructibus loco pensionis, teneatur horas recitare, in quo sunt variae sententiae.

47 Prima sententia est Io. Medinae, t de oratione, g. 7. dicentis teneri, ex quo habet titulum, & beneficium cum illo onere acceptavit, & consensit tali fructuum reservationi, alias neuter eorum teneretur ad horas, nam pensionarius ad eas non tenetur, sequitur Nauar. de oratione, cap. 7. numero 30. & cap. 20. numer. 15. ubi Nauar. id dicit procedere non solum in eo, qui potest aliquos fructus percipere seruendo per se beneficio, sed etiam in eo qui recepit beneficiu consentiendo, vt Papa reseruet non tantum fructus, sed etiam seruitium, omnemque administrationem, ex d. ratione Medinae, quae videtur inquit, generalior, & firmitior, sequitur etiam Grassi. d. cap. 50. num. 17. & Zerola verb. beneficium, §. 4. dub. 4. ubi generaliter etiam ait, quod qui habet possessionem, sed non percipit fructus beneficii, tenetur recitare, & hac sententia magis placet Aqor. libro decimo, cap. quarto, quinta questione, quamuis vtraque opinio. nempe etiam Soti sequens sibi videatur probabilitatem habere.

48 Secunda sententia est Soti, t d. lib. 10. g. 5. art. 3. qui docet habentem titulum beneficii, sine fructibus, ex concessione Pontificis eisdem fructus alteri reservantis, non teneri ad horas, ex quo ille non potest fructus percipere, nec est illi imputandum, qui tale beneficium acceptavit, nam quod autoritate Pontificis fit, alteri imputari non debet, maxime, quod eo ipso, quod Papa beneficium suis fructibus priuat, videtur possessorem ab obligatione recitandi absolueret, sequitur Arrag. d. questione. 83. artic. 12. & Fr. Lud. Neia *sup.* Cuchus d. lib. 5. tit. 7. numer. 14. & P. Ledesma d. tract. 9. cap. 46. concl. 3. difficulta. 5. & 10. Et hanc sententiam tenet etiam Gamb. de off. legari lib. 6. nu. 332. qui ait, quod habens titulum beneficii simplicis non requirentis ordinem sacrum non tenetur ad horas Canonicas, si alius percipiat fructus.

49 Tertia sententia est t Nauar. in man. c. 25. n. 104. & Sandoual. d. 5. p. c. 5. Cord. in *sum. g.* 186. pun. 2. & in g. l. 1. g. 21. p. 3. Philiar. d. l. 1. c. 3. ad fin. Fr. Lud. Lop. d. c. 244. & d. c. 105. F. Em. Rod. d. c. 140. n. 4. Vega. 1. p. c. 128. casu 12. Corrad. d. qu. 240. in additione Toleti, d. c. 14. ad fi. & videtur Cuchi, dicto numer. 14. qui dicunt primam sententiam procedere, quando solum sunt reservati fructus; tunc enim qui habet titu-

lum, posset seruendo per se beneficium, aliquos fructus percipere ratione seruitij pro quo tenetur satisfacere is, cui sunt reservati omnes fructus, qui intelliguntur deductis oneribus. Secundam vero sententiam procedere in eo, qui consensit, quod resignanti reservarentur omnes fructus, ac seruitium, & tota administratio beneficii, nam is nihil potest percipere ex beneficio, neque seruire, & tunc addit. Cordo F. Lud. & Vega, t *ibi*, resignantem teneri ad 50 horas, ex quo habet totum onus, & fructus beneficii, & alter solum habet titulum, cum spe habendi beneficium cum fructibus, quasi per viam regressus, quod etiam ait Philiar. *sup.* quia inter pensionarius, cui incumbit omne seruitium, & omnis administratio, est re ipsa beneficiatus, qui etiam consequitur, tenetur ad officium.

Quarta sententia est Nauar. qui in hac re t vide 51 tur varius de oratione cap. 21. numero 12. quod sententia Soti procedat in eo, qui succedit in beneficio, cuius omnes fructus, & administratio reservata fuit ex praedecessoris sui consensu, sententia vero Io. Medinae procedit in eo, qui consensit tali fructuum reservationi, nam cum eius consensu facta sit reservatio per eum videtur stetitisse, quominus fructus percipiat, & cum Papa de ipsius consensu reseruet, non potest dici velle illum absolueret ab onere recitandi.

Hac sunt quae Dd. t dicunt in hoc difficili dubio quod non est inutile, nam quamvis modo huiusmodi reservationes fructuum non soleant concedi, aliquando forte conceduntur, vt solebant, & modo etiam conceduntur in fauorem Cardinalium, vt videmus, & testatur Flam. Parisius de resignatione benefic. libro sexto questione prima numero 36. & 46.

Mihi videtur in primis t distinguendum esse inter beneficia habentia residentiam, seu seruitium, & inter non habentia, vt praestimoniam; & loquendo de beneficiis habentibus residentiam, seu seruitium, dico primo, quod t si tantum sunt reservati 54 fructus, habens titulum tenetur ad horas, siue eius consensu sint reservati, siue ex consensu praedecessoris, ex ratione tertiae sententiae, facit declaratio S. Congreg. Concilij infra adducta 11. parte capite 5. num. 6.

Si vero sunt reservati fructus t cum seruitio, ac 55 tota administratione, habens titulum, etiam si eius consensu sit facta reservatio, non tenetur ad horas, sed is, in cuius fauorem facta est huiusmodi reservatio, vt recte dicunt Cordoua, Fr. Lud. Vega, & Philiar. *sup.* & Flam. Parisius sic intelligendus, l. 1. g. 9. n. 5. nam talis equiparatur titulari, Sarnen. t de reg. de annal. g. 60. Flam. Paris. l. 3. g. 5. n. 34. & l. 6. g. 1. n. 43. & in re. & effectu est beneficiatus, sicut antea, & nihil videtur in resignatarium transulisse, nisi nudum titulum sine effectu, qui regressui, accessui, vel coadiutoriae equipollet, Sarnen. in reg. de publican. qu. 2. casu Flaminius Parisius d. questione 9. numero 5. & d. g. 1. numero 45. & lib. 11. questione 5. numero 29. & Philiar. *sup.*

Quamuis verum sit dari possessionem, & vacationem respectu d. tituli, Cres. dec. t 10. de renunt. Caesar de Grassis dec. 33. Rota dec. 597. p. 1. diuerso, & fuit dictum in causa Abulen. Canonicatus, de anno 1573. vt in dec. 427. parte 1. diuerso, & in Hispanen. beneficii Sancti Iacobi, 22. Iunii 1579. coram sanctissimo, & in Tarisina Canonicatus, 23. Iunii 1600. coram D. Corduba.

Loquen-

Loquendo vero de beneficiis non habentibus residentiam, seu seruitium, vt præsentiis dico, quod habens titulum tenetur ad horas, si ex eius consensu fructus sunt reſeruati, ex ratione adducta in prima, & quarta ſententia; ſi autem ſunt reſeruati ex prædeceſſoris conſenſu, nunc habens titulum, qui ſucceſſit in tali beneficio, non tenetur ad horas, quia per ipſum non ſtat, nec ſtetit quominus fructus percipiat, nec etiam tenebitur ad officium maius is, in cuius favore talis reſeruatio facta eſt, quia ſolum eſt penſionarius, ſeu loco penſionarij, Sarnen, ſupr. & Flam. Pariſ. d. 7. l. n. 43. & 44. Mand. reg. 34. 7. 30.

Tercio dubitatur, an noui Canonici, ſeu præbendati teneantur recitare primo anno, in quo ex ſtatu, vel conſideratione Eccleſiæ non lucrantur.

In quo, vt certa ſit ab incertis ſeparemus, dico, quod ſi ſaltem lucrantur horas, ſeu diſtributiones quotidianas, vt in noſtra Eccleſia, tenentur recitare, licet non lucrantur groſſam, vt patet ex ſupradictis, & tenet Nauarrus diſt. cap. 7. de oratione numero 30.

Secundo dico, quod licet nihil penitus lucrentur, ſi tamen illi fructus reſeruantur poſt mortem, tenentur recitare, quia quod diſſertur non auferitur vt alias ex ſententia S. Congregationis Concilij dicemus infra, l. p. c. 5. an. 6. & ita in proprio tenet Agor d. l. 10. c. 4. g. 4. & videtur tenere Palud. in 4. diſt. 15. q. 5. l. art. 5. conſol.

Difficultas eſt quando nihil penitus ſi lucrantur, etiam inſeruiant, nec reſeruatur poſt mortem, ſed cedit antiquis, inter quos diuiditur, aut fabricæ, ſeu alteri pio operi.

Et videtur nihilominus teneri recitare, ex t. extrauag. ſuſcep. de electione, nu. 22. & in communibus, ſub tit. ne Sede vacante, ex qua nouis beneficiatis tribuitur medietas fructuum, vbi ex priuilegio, conſuetudine vel ſtatu fructus primi, aut alterius anni deſuncto, vel fabricæ, aut Eccleſiis, vel alijs perſonis applicantur in totum, vnde ratione illius partis fructuum, quam percipiunt, tenebuntur recitare, vbi iſta extrauag. fuerit in vſu iuxta dicta, vt per Nau. & Agor ſupra.

Sed difficultas procedit vbi illa ſi extrauagans non eſt vſu recepta, aut eſt ſubrogata conſuetudine, cui ſtandum eſſe ait Agor ſupr. & facit, nam illa ſolum ſi videtur ſimpliciter derogare conſuetudinibus præteritis, ſicut etiam priuilegijs, & ſtatutis à Papa confirmatis, nec damnat conſuetudinem ad Couar. l. 3. var. cap. 13. numero 4. & quod d. Extrauag. non eſt recepta, ſed vſu abrogata tradit Vuameſius conſol. 213.

Et quod immemorabilis ſublata non ſi intelligatur per d. Extrauag. ſuſcep. generaliter derogantem conſuetudinibus, ex Gabr. de clauſulis conſol. 3. n. 42. Ruin. conſol. 13. n. 30. l. 1. ſuit dictum in cauſa Burgen. quinquenniorum 8. Martij 1599. coram D. Lita, & 15. Maij 1600. coram D. meo Corduba, Vltra quod dicta Extrauagans ſolum videtur loqui in priuilegio, conſuetudine, vel ſtatu applicando alijs fructus primi anni beneficiorum, tanquam fructus illorum beneficiorum, & non in ſtatutis, ex quibus noui Canonici non lucrantur primo anno, ſed fructus remanent in menſa, ac ſi non reſiderent. In qua difficultate Agor ſi ſupr. l. 1. ſane ait, prædictos Canonicos debere recitare quando fructus, quos ipſi amittunt, reſeruantur alijs Canoniciſ antiquioribus in

quos diſtribuantur, ſiquidem eodem priuilegio reſidentes Canonici gaudebunt poſteaquam antiquiores euaserint.

Quando vero illi fructus in alios, pios vſus impenduntur ſi reſert duas opiniones, primò negantem, quoniam nullos eo anno, fructus acquirunt, nec vñquã eos ſunt percepturi, nec per ipſos itat quominus eos percipiant: Secundo affirmantem, quia beneficiarius propterea quod ſua ſponte beneficium accipit, ſuſcipit in ſe quicquid oneris ineſt beneficio, & ſubiicit ſe legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, ne Eccleſia in qua eſt ſitū beneficium, & ait vtramq; probabilem eſſe videri: ſecundam tamen magis probabilem apparere.

Sed quantum ad primum, illa ſi ratio Agoris non conuincit, nam poteſt contingere, quod ille nouus Canonicus decedat, aut alias deſinat eſſe Canonicus antequam illo iure, & priuilegio, tanquam ſi antiquus gaudeat. Quantum ad ſecundum d. ratio ſecundæ ſententiæ petit principium, an tali beneficio inſit onus recitandi, ſuppoſito quod pro illo anno non habet fructus. Vnde abſolute ſi veritas videbatur iure non teneri recitare nouos Canonicos, ex quo pro illo anno nullos fructus percipiunt, nec percepturi ſunt iuxta ſupradicta.

Et idē videtur vbi eſſet ſi ſtatutum, ſeu conſuetudo, quod beneficiati nondum promoti ad ſacrum Presbyteratus, Diaconatus, ſeu Subdiaconatus ordinē nullos fructus percipiant, nam non tenerentur interim recitare, dum non ſtaret per eos quominus, ad dictos ordines promouerentur.

Hodie tamen per S. Concilium Trid. ſeſſ. 24. de reform. t. c. 14. & conſtitutione 106. Pij V. de quibus Agor ſupra non meminit, reiiciuntur & abolentur, an quam prauæ, & ſcandalofæ prædictæ conſtitutiones, & conſuetudines, etiam ab immemorabili tempore obſeruata, & autoritate Apoſtolica confirmata, vbi fructus omiſſi per nouos Canonicos cedunt antiquis, & non conuertuntur in pios vſus, aut vbi prædicti fructus vltra ſemestre in pios vſus reperiuntur cōceſſi, dimidia pars tribuitur nouis Canonicis ex d. conſtitutione Pij V. vnde iam prædicti noui Canonici tenentur recitare, cum fructus percipiant, & lucrentur, non obſtante d. conſuetud. & ſtatutis, niſi quando intra ſemestre fructus omnes in pios vſus reperiuntur conceſſi.

Sed quia aliquot Eccleſiæ ſi non receperunt d. decretum Concilij, & conſtitutiones Pij V. vt ait Nauarrus ſupra, adhuc eſt difficultas, an in illis Eccleſiis, vbi adhuc ſeruantur d. conſuetudines, & ſtatuta, quod noui Canonici nihil penitus percipiant, teneantur recitare, & Nauarr. ſupr. ait, ſe credere quod tunc nouus Canonicus excuſaretur à recitando, etiam ſi de iure deberentur ſi illi fructus, quia cum non poſſet eos ſine magna impenſa, & lite moleſtiſſima contra ſuam Eccleſiam exigere, ſatis videtur non poſſe eos recipere, & ſentit F. Man. Rodriguez in add. ad bullam compoſitionis, n. 9. quod mihi placet, & vide circa prædicta quæ dicemus infra d. l. p. c. 5. an. 149. & particulariter, n. 165. Illud etiam certum videtur, ſi quod tranſacto primo anno, in quo poterat nouus Canonicus facere primam reſidentiam, quam tamen non fecit, tenetur in ſequentibus, & in illo, in quo illam facit recitare, quamuis tunc nihil penitus lucretur, niſi peracta prima reſidentia, quia per ipſum ſtat quominus tunc lucretur, quia illam antea non fecit.

Quantum dubium, ſi an ratione beneficij teneatur

quis recitare, etiam ante possessionem quasitam. In quo dubio aliqui dicunt non teneri ad recitandum, donec possessionem capiat, vel stet per eum, quia fructuum perceptio à possessione incipit. Palud. in 4. dist. 15. q. 5. 1. artic. 5. concl. Turrecrem. in § 1. dist. 91. art. 14. Quam opinionem sequitur Flam. Paris. de resignat. benef. li. 1. qu. 9. n. 15. Dicens veriorum ac crebriorem & in praxi obseruatam opinionem, vt sit obligatus recitare horas post captam possessionem, quia tunc fructus percipit, & incurrit poenam restitutionis fructuum, si post sex menses ab obtento Beneficio non recitauerit horas, vt expresse dicitur in d. constitutionibus Concilij Later. & Pij. V. & ita tenet Naua. conf. 14. de celebrat. Missar. quod in nouis est 17. sequitur Menoch. de arbit. li. 2. casu 429. n. 24. dicens sextam causam & excusantem à recitatione horarum esse, quando Clericus adhuc re ipsa non possidet Beneficium, etiam si binas obtinuit sententias, vt respondit. Nauar. d. conf. 14. non enim dicitur adhuc obtinere Beneficium, pro quo tenetur dicere officium, nec percipit fructus, qui dicuntur loco mercedis operæ, & laboris. eandem opinionem sequuntur Enriquez & in sum. libro 13. capite 13. §. 2. ibi, die possessionis Beneficij, F. Man. Rodriguez in sum. 1. ro. c. 145. n. 1. & cū eo Vega. 1. p. c. 128. casu 18. ad si. qui aiunt nullum Beneficium teneri recitare horas canonicas ratione Beneficij, si non habet iam pacificam possessionem ipsius, vt probat Nauar. d. conf. 14. de celebrat. Missar. & P. Ledefina. 2. p. sum. tract. 9. c. 4. 6. conclus. 9. diffinitione, & Acor. lib. 10. c. 4. q. 7. dicit probabilem esse Flam. Paris. sententiam, quia certe sæpe contingit, & vt quis beneficiū impetret, & obtineat, & deinde, cum per se, vel per alium possessionem nancisci contendit, videt se nihil impetrasse, aut, quia Beneficium non valebat, aut quia alius antea impetrauerat, aut multis aliis de causis.

Alij autem in hoc dubio tenent contrariam sententiam, dico & primo certum esse non teneri recitare eum, qui adhuc ius in re in Beneficio non habet quia ius canon. solum obligat ad recitandum Beneficiatos, seu habentes & Beneficium, qualis non est, qui non habet ius in re in Beneficio, etiam si habeat ius ad illud, vnde presentatus electus, seu nominatus ad aliquod Beneficiū nō tenetur ratione illius recitare, imo nec is, cui collatio facta est ante collationem acceptatam ita Nauarrus. d. conf. 17. alias 14. de celebrat. Missar. & d. ca. 7. de oratione num. 29. Philarcus d. l. 1. c. 3. Grassi. d. l. 2. c. 50. n. 16. Acor. l. 10. c. 4. q. 4. ad fin. & 12. quest.

Dico secundo certum etiam esse teneri recitare Beneficiatum, si habet & possessionem Beneficij, aut per eum stat quominus illam habeat, paria enim sūt habere possessionem, & per eum stare quominus habeat. Paludan. & Turrecrem. supra & Nau. d. c. 7. nu. 28. Cordoua, in sum. d. q. 186. pun. 3. Philiar. d. c. 3. Vega d. c. 128. casu 13. vers. 3. Toletus d. l. 2. c. 14. circa fin. Acor. libro 10. capite 4. 6. quest. & P. Ledef. d. tract. 9. c. 4. 13. concl.

Quod videtur etiam & habere locum in habente possessionem Beneficij, maxime cum fructibus, licet non pacificam, sed cum litigio. Acor. d. c. 4. q. 9. quāuis, P. Ledefina d. c. 4. 6. concl. 10. differentia, dicat quod si vnus possidet Beneficium, & est lis super proprietate, ita, quod possessor non accipit fructus, quia sunt sequestrati durante lite, & est dubium in negotio, test multum apprens, quod nullus tenetur recitare, etiam possessor, quia pro hinc non recipit fructus, & est magnum dubium, an illos reci-

piet, & quamuis Zerola d. verb. Beneficium. §. 4. d. n. 8. quem sequitur Zechus. d. n. 7. vers. teneri demum beneficiarius, dicat, quod ille, qui nec habet possessionem pacificam, & quia in ea turbatur, nec percipit fructus sed litigat, non tenetur recitare, quia habet sex menses indulti ad non recitandum, & quia dubius est litis euentus, & posset esse, quod beneficium etiam perderet, & nihil percipit, & si vinceret, dicit, quod si non recitauit, quia nesciuit, posset solum accipere fructus interim perceptos, quos euicit, vt illorum sex mensium, quibus gaudebat indulto, reliquos vero, vel fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus tenetur cōferre, sed certe Zerola male, & barbare loquitur quod dicit de indulto, ex supradictis & apparet effectum, & si ratione dubij litis euentus ille esset excusatus à recitando, nō teneretur, si vinceret, restituere fructus, etiam post semestrem perceptos iuxta supradicta, fructus autem sex mensium non teneretur restituere, etiam si sciret recitare, & non recitasset, & siue teneretur, siue non teneretur recitare, vt ex supradictis etiam apparet.

Videtur etiam secundum dictum habere locum in habente possessionem Beneficij sine iusto titulo & quia non debet esse melioris conditionis stultus, quam sapiens. cum qui de prob. in 6. Acor. d. q. 9. & ita videtur tenere Nauar. de oratione Miscel. 15. alias. 60. & Philiar. d. l. 1. c. 8. 2. concl. relati infra. dub. 7. n. 120. quamuis ipse Nau. conf. 3. de etat. & qualitat. n. 1. dicat possidentem Beneficium sine iusto titulo vere non teneri ad dicendas horas, quia vere non habet beneficium, verum est tamen, & quod prouisus, cuius collatio non valet, non tenebitur recitare ante adeptam possessionem, etiam si per eum steterit quominus illam adipiscatur, argumento eorum, quæ dicemus infra 11. p. c. 5. n. 173.

Dico tertio habentem collationem & beneficij acceptatam teneri recitare, etiam si nondum accepit possessionem, nec per eum steterit quominus illam capiat, nam per solam collationem acceptatam quæritur ius in beneficio, & fit beneficium eius, cui collatum est, & si tibi absenti, & c. pen. v. ibi glo. de prob. in 6. Mando. reg. 3. Canc. q. 13. nu. 5. atque adeo is vere dicitur beneficiatus, & habere seu obtinere beneficium Rebus. in concord. d. tit. de collatio. §. volumus ver. obtineat, & in forma mandati Apostolici ver. obtinet, & fructus ei debentur tanquam domino. Ita Nauarrus. d. c. 7. de oratione n. 28. & 29. & in d. conf. 17. de celebrat. Missar. Philiar. d. c. 3. Grassi. d. c. 50. n. 16. & c. 51. n. 3. & Zerola dub. 3. & Zechus supra, & citandi infra n. 102. quorum opinio videtur probabilior intelligendo, quando prouisus est certa, quamuis contraria non videatur improbabilis & ita nouissime Lessius, s. dubitatione 30. nec obstat fundamentum & contrariæ opinionis, nam licet actualis perceptio fructuum incipiat à possessione, tamen ei debentur à die acceptæ collationis, vt dictum est, & qui habet collationem acceptatam dicitur vere obtinere beneficium, cum per eam quærat ius in re, vt etiam dictum est, & Naua. d. conf. 14. seu 17. non tenet contrarium, sed quod dictum est. 1. & 3. dicto. & F. Ma. Rodriguez est sibi contrarius supra capite 140. numero quarto.

Et contraria opinio, vt recte inquit & Nauarrus. d. capit. 7. num. 29. & Philiar. & Zerola vbi proxime, procederet in Canonico, qui nihil potest quærere de fructibus Can. ante possessionem acceptam.

Vnde infert Nau. de oratione & cap. 11. n. 20. & 38. 97 & Miscel. 61. alias. 97. nescienti recitare officium di-

vinum non esse licitum accipere beneficii sibi collatum, nec illud prætere, cum non possit statim exercere onus recitandi, quod beneficium ipsum habet annexum, facit *l. idem iuris. §. fin. ff. ad l. Aquil. & sequitur Graff. d. c. 5. l. n. 8. & c. 5. l. n. 10. & Flam. Parif. l. 1. question. nona, numero 17. & Acor. l. 10. caput. 13. §. 13. dicens id habere locum, nisi bona fide putet se statim post beneficium opportuno quoque tempore recitaturum.*

Verum hæc sententia videtur mihi nimis rigida, nec ius videtur cum tanto rigore ad horas obligare, sed satis erit habito beneficio statim addiscere modum recitandi, & expectantes tamen beneficia ratione expectatiua, vel resignationis, quæ in eorum fauorem fit, aut præsentationis electionis, seu nominationis de eis factæ, mandatiue de providendo, sicut & qui volunt sacris initiari, debent sibi parare Breuiaria discereque modum recitandi, ut habito beneficio, quod sperant, possint statim suo muneri recitandi satisfacere, ut inquit Nauar. d. c. 11. n. 22. & Flam. Parif. l. 1. §. 13. n. 18.

Maiores difficultates est, si an etiam teneatur recitare habens provisionem, & titulum beneficii, in cuius pos. est alius, contra quem litigat, aut neuter, in qua Palud. in 4. d. 1. §. 9. 5. & Car. V. Sixti Turrecremata in 101. c. 1. §. 1. d. 1. Soto d. l. 10. §. 5. art. 3. & F. Lud. Beia. dict. casu 54. docent non teneri, ex quo solum habet titulum litigiosum, idem tenet P. Ledesma. dict. l. 1. §. 9. c. 4. 6. conclus. 10. diff. dicens, quod quando nullus est in pos. nullus tenetur recitare, quia nullus habet, nec possidet beneficium Ecclesiasticum, & alias ratione vnius beneficii, super quo plures litigant, teneantur omnes recitare, si vero vnus est in pos. & eius ius est certum ita, quod illi sunt applicandi fructus, licet eos actualiter non percipiat, ille tenetur recitare.

Contrarium tamen tenent si Nauar. d. c. 7. n. 28. & in man. c. 25. n. 103. & Cuchus. l. 5. tit. 7. n. 14. Cord. d. 9. 186. pun. 3. Philiar. d. c. 3. vers. 3. F. Lud. Lopez d. c. 244. & 105. Arragon. d. 7. §. 83. art. 12. 5. causa. F. Man. Rodrig. d. c. 146. n. 4. & Vega d. c. 128. casu 13. vers. 4. ex eo quod fructus percepti, saltim post litem contestationem, actori debentur, si vincat. & ex diuers. §. 1. ff. de rei vindic. c. l. certum. C. 20d.

Quæ sententia mihi placet quando si esset certa aut quasi certa victoria illius, & tenet Toletus d. lib. 2. c. 14. circa fin. in Rom. editione, ubi ait, quod qui sperat certo recepturum se fructum etiam illius temporis præsentis, quia certa est iustitia, ut sit quando ipse est spoliatus, & pars aduersa intrusa, tunc tenetur recitare ex tunc, & P. Lede. sibi non constans d. c. 4. 13. conclus. ubi ait, quod si quis litigat, super beneficio, & esset circumferendam esse sententiam in sui fauorem, & fructus illi applicandos, teneretur recitare, licet non haberet possessionem, nec reciperet fructus, alias enim, si causa esset dubia, seu difficilis, & ut quia est probabilitas, seu opinionis conflictus, ex utraque parte durum esset pro re dubia, & incerta illum non habentem possessionem beneficii interim obligare ad recitandum, & sic hoc casu haberet locum prima sententia, etiam si crederet, & speraret se futurum in lite superiorem, & fructus percepturum, ut inquit Acor. dict. libro 10. capite 49. quasi.

Quinto dubitatur, si an qui habet beneficium in commendam, teneatur horas recitare, in quo dicendum est, teneri si commenda est ad vtilitatem ipsius commendatarii, quia censetur legitimus, & canonici

titulus, seu habet vim, & effectum tituli, ut dicitur infra seg. p. c. 4. & talis commendatarius potest sibi fructus percipere, ita lo. Medina, de orar. q. 7. Nauar. c. 20. n. 16. Cordua in sum. q. 186. pun. 3. Arrag. q. 83. art. 12. Graff. lib. 2. c. 50. n. 22. Fr. Man. Rodrig. l. 10. c. 140. n. 8. Vega l. 1. c. 128. casu 13. vers. 107. Acor. lib. 10. c. 3. 6. questione P. Ledesma. tr. de l. 9. cap. 4. 6. conclusione 6. diff. cul.

Secus si commenda est ad vtilitatem Ecclesiæ, 106 per quam non datur licentia disponendi de fructibus sicut verus beneficiatus, nam tunc non tenetur commendatarius ratione illius recitare, quia non censetur titulus, nec habet vim, & effectum tituli, sed fit causa custodiæ, ut in d. c. 4. dicitur.

Sexto dubitatur, si an coadiutor propter coadiutoriam teneatur horas recitare, in quo lo. Medina d. 9. 7. ait coadiutorem ad horas non teneri, nisi quando ipse in defectum principalis onus Ecclesiæ in se suscepit, ad hoc enim datur coadiutor, ut deficiente principali eius vices suppleat, & sic principali horas per se dicente, & exculpationem ad eas omittendum non habente, non erit coadiutor ratione coadiutorie obligatus eas dicere.

Nauar. vero d. c. 20. n. 18. docet coadiutorem etiam cum futura si successione, & congrua teneri facere omnia, & sola illa ad quæ datus est coadiutor, & ita si datus sit, ad dicendum omnes horas nomine alterius, tenebitur ad omnes illas, siue ad aliquas solas, ad eas dumtaxat, & si solum ad canendum, ad id tantum, & si omnibus diebus, tenebitur illis, & si aliquibus, iis solis, quia causa limitata limitatum producit effectum, sequitur Fr. Man. Rodrig. d. c. 140. numero octauo, dicens coadiutores teneri recitare horas, si sunt dati ad illas recitandas pro beneficiato, secus si sunt dati ad alia ministeria, idem Veg. ubi proxime.

At ego existimo coadiutorem etiam perpetuum, & cum congrua si ac futura successione, non teneri ratione coadiutorie, cum non sit beneficium, recitare horas priuatim, nec enim datur ad id, sed ad residendum, & exercendum alia munera incumbencia principali, qui horas priuatim recitabit, & ita praxis videtur habere, & tenet Acor. lib. 10. capite 4. 1. quasi.

Septimo dubitatur, si an habens plura beneficia teneatur pluries dicere officium, in quo respondendum est negatiue, sed vno officio satisfacere, ut habet consuetudo Ecclesiæ, & tenet D. Thom. quodlibet, 1. art. 6. 13. Palud. in 4. dict. 15. question. 5. 1. art. 5. conclus. 10. de Lignano, quasi. 9. & Abb. de sententiis, ex num. 30. ad 34. de horis Canonicis, & Cosmas in pragmat. sanct. 111. qualiter hore sunt dicenda, verb. teneantur, & ibi Probus Nicol. Ploue de horis Canon. 13. 9. Cuchus lib. 5. tit. 7. nu. 64. Cosmas Philiar. d. l. 1. c. 8. Enriq. in sum. l. 5. c. 5. §. 6. in glo. littera Q. Durandus de ritibus l. 3. c. 22. numero 9. & Acor. dict. cap. 4. ro. 9. Quamuis contrarium videatur tenere Dionysius Carthus. contra pluralitatem beneficiorum, art. 8. & quamuis scrupulose in hoc loquatur Nau. de oratione Miscel. 15. alias 60.

Quæ sententia probatur si non ex ratione Nau. ibi quod consuetudo, & dispensatio iusta obtinendi duo videtur quodammodo ex eis facere vnum ad effectum, ut tantum teneatur dicere vnas horas, sed ex ratione D. Thom. quod debitum officij diuini, quod debet Deo, per se ipsum debet exoluere, & quia Laudes Deo debet quasi vnus homo, sufficit quod semel dicat officium.

112. Probatur etiam ex ratione Philiar. supra, t quod obligatio sumenda est iuxta intentionem obligantis, intentio autem obligantis ad horas Canonicas non est, ut iuxta numerum causarum, quibus est annexa obligatio illas recitandi, toties recitentur, sed ut unus homo ad illas obligatus semel recitet, etiam si pluribus de causis obligetur, quarum quælibet per se sufficiat, ut in ordinato tribus sacris ordinibus & in habente cum sacris ordinibus beneficium, qui solum tenentur semel recitare. Præterea ius obligans beneficiatos ad diuinum officium solum eos obligat ad vnum officium in die dicendum siue vnum habeant, siue plura beneficia, alias enim absurdum esset dicere, quod habentem septem beneficia ad septies in die dicendum obligaret.
113. Et confirmatur, nam cum officium t diuinum sit suis horis distinctum, & per totum diem distributum, & accommodatum, non esset aptum, nec congruum obligare ad illud pluries recitandum in die.
114. & conducit simile de Missa, t nam quamuis in vno die concurrat duplex festum, ut Dominica, & aliud de præcepto, non obligat ius ad audiend. duas Missas, sed vnam solum.
115. Nec est simile t de aliis obligationibus nempe celebrandi Missas, & similibus, quæ beneficiis sunt annexæ, quia ut recte inquit Philiar. supra istæ obligationes, magis respiciunt ipsa opera & eorum multiplicitatem per ipsos beneficiarios, vel alios adimplenda, quam vnitatem ministri, & talis est intentio obligantis ad ea. Ex quibus cessant argumenta Nauarri supra dicentis ea vix dissolubilia.
116. Vnde inferitur, quod t habentes cum beneficio, seu sacro ordine pensionem non tenentur recitare officium paruum B. Mariæ, sed satisfaciunt recitando officium maius, quia intentio Pij V. in constitutione supra adducta non fuit istos obligare ad duo officia, sed illos, qui solum obtinent pensionem, ut Clerici, nec alias tenebantur recitare horas canonicas, obligare ad officium paruum B. Mariæ, ut recte docet Philiar. d. c. 8.3. concl. 6. c. 2. ad fin. & ita prætenditur, t ut tenet Nauarrus. *consl. 2. de celebratione Missar.* vbi etiam amplius ait, pensionarium clericum si efficiatur miles ordinis militaris cum indulto retinendi pensionem, non teneri ad horas B. Mariæ, sed sufficere quod orationes t Dominicas, & Angelicas à Religione præscriptas, quæ sunt loco horarum tenet etiam Acor *lib. 10. c. 4.3.9.* & sequitur F. Man. Rodri. 1. tom. 140. n. 5. Vega. 2. p. c. 65. casu 1. P. Ledes. 2. part. tract. 9. capite 4.6. conclusione 2. diffinitione.
117. Vnde etiam pensionarius, qui non habet sacrum ordinem, t seu beneficium, possit, omisso officio paruo B. Mariæ, recitare officium maius, & pinguius satisfaceret.
118. Item inferitur t contra Palud. supra Nauarr. d. *Miscell. 15. alias 60. ad fin.* & Philiar. d. c. 8.2. concl. etiam illum, qui habet plura beneficia iniuste sine legitima dispensatione, non teneri, ad recitand. horas plures quotidie, nec peccare non recitando quoti die plures horas, sed solum retinendo illa sine dispensatione legitima, nam, ut diximus, ratio excusandi habentem plura beneficia legitime non est illa, quam tradit Nauarr. & licet D. Thomas, & alij loquantur in habente plura beneficia licite, non ideo volunt habentem illa licite teneri ad pluries recitandum.
119. Quo stante, quod habens t plura beneficia non

tenetur, nisi ad vnum officium semel recitandum succedit difficultas, an illud omittens peccet tot peccata, quot habet beneficia, an vero vnum solum.

In qua videbatur, t dicendum tot peccata committi, quot sunt beneficia, nam, cum quodlibet beneficium de per se ad horas obliget, plures huiusmodi concurrunt tituli, & rationes obligationum, & plura specialia præcepta, atque ideo plura peccata, sicut in simili dicitur frangentem ieiunium in vigilia S. Matthæi, t quando incidit cum die quatuor temporum, vel non quadentem Missam in dominica, in qua occurrit aliud festum de præcepto, duo peccata numerica committere Nauarr. in *Man. cap. 1. nu. 4.* quem sequuntur F. Lud. Lopez. *instru. consil. 1. tom. capite 29. & 40. v. 2. tom. capite 112.* & F. Emanuel Rodriguez. in *summa. 1. tom. capite vigesi notorio & alij.*

Nihilominus tamen contrarium est dicendum scilicet non peccare nisi vnum peccatum, ut tenet Enriq. d. 9.6. & Acor. *lib. 4. c. 2.6.9.* & ratio est, nam quamuis quodlibet beneficium eorum obligaret de per se ad horas, tamen, cum in vna persona iunguntur ratione omnium vna solum refultat obligatio recitandi, non plures.

Quod procedit t etiam si cum beneficiis haberet ordinem sacrum, nam adhuc non committeret, nisi vnum peccatum, ut ibi aiunt Enriquez, & Acor.

Ex quo confirmatur t id, quod supra num. 14. dixi, obligationem recitandi, quam habent beneferati, sicut illam quam habent in sacris constituti, non esse iustitiæ, sed Religionis, si enim esset iustitiæ, habens cum beneficio sacrum ordinem, peccaret duplici peccato, nempe contra iustitiam ratione beneficii, & contra Religionem ratione sacri ordinis, ut tenet Tho. Sanchez de *marim. lib. 9. disputat. 15. nu. 6.* sed male.

Et facit, t quod ait P. Ledesma in *Summa. 1. p. de excommunic. cap. 5. ad fin.* quod in communicatione excommunicati duabus excommunicationibus non peccatur magis, quia non est nisi vnum præceptum, & sub eadem ratione formali non communicandi.

Non obstat t simile contra adductum, quia verius est ibi, non committi, nisi vnum peccatum, ut contra Nau. tenent Enriq. d. 9.6. & *lib. 12. c. 10. §. 3. in gloss. liter. a. O.* & recentiores, ut per eundem d. 9.6. in gloss. lit. S. & Gabr. Vazquez 12. *disputat. 98. nu. 8.* Acor d. li. 4. c. 2.6.7. & li. 7. c. 2.7.9. & c. 31.7.9. & P. Ledes. dicens probabilius in *sum. de præmissis. 19. pag. 641.* & 2. part. *sum. tr. 27. c. 2.6. concl. 2. diff.* Thom. Sanchez supra, nam, cum ista diuersa t præcepta eiusdem speciei circa eandem numero materiam versentur, in idem recidere videntur, & non videtur multiplicanda malitia, nisi vbi per illum actum fit iniuria pluribus, t ut in adulterio coniugati cum coniugata, Tho. Sanchez, ibi, unde in *confessione non erit opus exprimere, quot beneficia habet omittens beneficium*, nec in terminis dicti similis, quod concurrebat duplex t vigilia, sed festum etiam in opinione tenentium confitendas esse circumstantias, intra eandem speciem notabiliter aggrauantes, istud enim non videtur aggrauare notabiliter, ut recte inquit Gabr. Vazquez, *dict. disputat. 98. ad finem* & Thom. Sanchez supra, & comprobatur ex doctrina P. Ledesma. *supra. addu. 117.*

Octauo dubitatur, t an omittens vno die omnes septem

septem horas Canonicas committat vnum tantum speciatim, an vero tot peccata, quot sunt horæ. Respondetur vnum tantum peccatum committere, quia omnes horæ sunt vna oratio, seu vnum officium cadens sub vno præcepto, licet peccatum tanto sit grauius, quanto plures horæ omittuntur, ita Io. de Li-
 gnano. 9. 7. Nicol. Ploue. 8. de horis Cano. Rosella ver. horæ Cano. n. 7. Syluest. verb. horæ. n. 15. vers. 6. & nu. 16. Nauar. d. c. 7. de orat. n. 7. Cuchus. d. l. 5. n. 7. m. 48. Angl. in floribus, de orat. 10. 9. 5. difficut. Philiar. d. l. 1. c. 11. Graffi. lib. 2. c. 5. n. 14. Enriq. d. 9. 6. Flam. Parif. li. 1. c. 9. 9. 8. F. Lud. Lop. 2. tom. c. 105. Man. Rodri. 1. tom. d. c. 140. n. 16. Vega 1. p. c. 128 casu 3. Valen. d. 3. tom. disp. 6. q. 2. p. un. 10. v. c. 8. vers. dixi autem. Zerola verb. ho-
 ra 9. 10. Agor. lib. 10. c. 7. 4. 9. Eman. Sa. verb. horæ. n. 14. & P. Ledes. d. 2. p. tract. 9. c. 4. concl. 14. 1. difficut. & Cor.
 137 d. quasi. 240. Quamuis contrarium teneat Tabiena, t. verb. horæ. 9. 18. & videatur tenere Toletus d. lib. 2. c. 12. 1. dicto, dicit enim non recitantes mortaliter quidem, & multipliciter in singularum horarum omif-
 sione peccare. Et quamuis D. Anton. in sum. 3. p. ut. 13. c. 4. 5. dicat omittentem omnes horas vnus diei non propterea committere septem peccata mortalia, sed vnum, & tanto grauius, quanto plus de ipso dimittit, quia totum officium vnus diei cadit sub vno præcepto, c. dolentes. de celebratione Missarum, si autem dimisit aliquas horas puta. 1. 9. & Comple-
 torium, tria peccata mortalia commisit, & sic de ce-
 134 teris. Sed certe non loquitur consequenter, t. & eius sententia, & quod dicit Toletus, solum procedit in eo, qui sciens vnus horæ officium omittit, cum tamen decernat cæteras horas recitare, & deinde ad-
 ueniente tempore, quo aliam horam deberet dice-
 re, eam quoque scienter omittit, vt per Agor 8. Seu quando vno actu vellet omittere solum matutinum,
 135 t. & postea alio actu distincto vellet omittere, 1. & 9. Tunc enim essent distincta peccata, vt inquit P. Ledes. 8. & ita etiam procedit, quod ait Vega 8. ca-
 136 su 2. quod qui omisit aliquas horas interpollatim, verbi gratia, omisit primam, & postea recitata 3. omi-
 sit 6. & sic de reliquis, toties peccat quoties omisit recitare.
 137 Quinimo, & si is, qui omisit omnes horas, t. vel partem illarum pluries recordatus fuerit, & propo-
 fuerit eas non dicere, non est opus id exprimere in confessione, sed adhuc solum est vnum peccatum, nisi interruptio facta per penitentiam, seu actum contrarium ex Cano. in relectione de penitencia, p. 9. & F. Lud. Lop. 1. tom. c. 31. & Philiarco. 2. p. l. 2. c. 22. de numero, & quæ tradit Arrag. 22. 7. 62. art. 8. ad secun-
 dum, & ita in terminis tenet idem F. Ludo. Lop. 2. tom. d. c. 105. & P. Ledes. supra.
 138 Quicquid dicunt Rosell. Syluest. Naua. Cuchus, t. Angles, Philiar. Graffi. Enriq. Flam. Farif. F. Man. Rodrig. Vega, Valen. Zerola, & Corradus sup. cita-
 ti, n. 131. & etiam Agor ibid. consequenter ad ea, quæ tradit libro. 4. capite. 4. 4. questione. & Gabr. Vazq. 12. disputat. 75. & Suar. 4. tomo de penitencia, disputat. 22. scil. 5.
 139 Et similiter ait P. Ledes. supra esse vnum, t. & idẽ peccatum, licet multo grauius, si quis recitare omi-
 teret officium diuinum vnus mensis, vel anni. Sed
 140 certe fallit in hoc Ledes, nam licet id verum sit in actu voluntatis, quo id proposuit in genere, & in communi, tamen sequuta postea omifione in a-
 ctu, tot sunt peccata, quot diebus omisit recitare, si-
 cut qui omittit ieiunare tota Quadrag. seu audire Missam in omnibus festis anni, tot peccata com-

mittit, quot sunt dies obligationis: nam pro quolibet die est distincta numero obligatio, seu distinctum præceptum, vt infra n. 165.

Sed supposito, quod omittere in vno die horas etiam omnes, est vnum tantum peccatum, t. dubita-
 141 tur, an sit in confessione explicandum, quot horas omisit, an vero sufficiat dicere, commisi vnum pec-
 catum mortale in non recitando. Et Doctores supra
 citati, n. 131. cõmuniter tenent, fid esse explicandum,
 142 quia peccatum est magis, vel minus graue notabili-
 ter iuxta numerum, & quantitatem horarum omif-
 sarum, quod mihi placet, nam licet sit magna con-
 trouersia inter Doctores, tan circumstantiæ notabi-
 143 liter aggrauantes intra eandem speciem sint neces-
 sario confitendæ, de quo post alios Nauar. in c. de pœ-
 nitentia disp. 5. a. n. 5. & in manu. c. 6. n. 7. Philiar. 2. p. li.
 2. c. 22. Candelabrum aureum, de confessione, n. 43. Fr.
 Lud. Lopez instruct. conf. 1. tom. c. 29. Summa Corona
 1. p. c. 2. n. 4. Fr. Man. Rodrig. in sum. 1. tom. c. 53. num. 3.
 Toletus lib. 3. c. 7. P. Ledes. in sum. de sacram. pœnitentia, c. 18. 4. concl. & Suarez d. 4. to. disp. 22. lect. 3. & plu-
 res relati per Vegam in sum. 1. p. ca. 56. casu 21. & in
 Espejo de Curas, c. 11. nu. 178 in ea fin. sententia, quod
 144 notabiliter aggrauantes ex parte obiecti sunt con-
 fitendæ, aggrauantes vero ex parte subiecti, vt circum-
 stantiæ intensiõis, & durationis actus non sint con-
 fitendæ, vt per Enriquez libr. 3. cap. 7. §. 6. Valentiam
 4. tom. disput. 7. q. 11. Quia circumstantia ex parte ob-
 iecti de se est perceptibilis, & facilis cognitu, non sic
 quæ se tenet ex parte subiecti. Tum etiam quia, vt
 ait Valen. ibi circumstantia, ex parte obiecti non tam
 est circumstantia actus in particulari, quam determi-
 natum illius obiectum morale, atque adeo quiddam
 pertinens ad illius substantiam, saltem indiuiduo.
 Circumstantiæ vero, quæ propriæ sunt circumstantiæ
 & accidentiæ actus, etiam in indiuiduo, vt intensio,
 & duratio, non sunt confitendæ, quia aliqui præce-
 ptum confessionis esset durum, & prope intolerabi-
 le, quicquid dicat Zumel. 1. 2. quasi. 75. articulo sexto
 dub. 1.

Nono dubitatur, t. an beneficiarius dicens offi-
 145 cium per aliud Breuiarium à Romano, verbi gratia
 per Breuiarium Cisterciens. seu S. Domi. vel dicens
 de sancto, cum erat dicendum de feria, satisfaciatur fug
 obligationi, ita vt non peccet saltem mortaliter, nec
 teneatur ad fructuum restitutionem. Et videbatur
 satisfaciatur, t. ex doctrina Caietani in sum. verb. horæ
 146 Canonice, §. 2. Syluest. verb. horæ. q. 12. n. 15. Armillæ,
 verb. horæ Canonice, n. 7. Soti d. l. 10. q. 5. art. 4. B. Mc-
 dinæ in sum. li. 1. c. 14. §. 11. Angles de oratione q. 10. 10.
 difficultate, Cuchi d. lib. 5. tit. 7. n. 61. F. Lud. Lop. 2. to.
 c. 105. Vega d. 1. p. c. 128 casu 17. & Zerola, verb. horæ
 Canonice, §. 6. qui docent non esse peccatum mortale
 mutari Breuiarium, nec recitare de sancto, quando
 esset recitandum de feria, sed solum veniale quando
 adhibuit, & sine rationabili causa fieret, nam sub-
 stantia præcepti consistit in hoc, quod Canonice ho-
 ræ dicantur, & non in qualitate horarum, quæ solum
 est seruanda, tamquam iussa, & debita ceremonia, ri-
 tus, & modus, seu de qua non est aliud præceptum,
 quam consuetudo, quæ si vim habet præcepti, non
 est tam striete interpretanda, quam sententiam ad-
 mittit Nauar. de oratione, c. 21. n. 23. & F. Man. Rodri.
 in sum. 1. tom. t. c. 141. n. 3. c. 144. & q. reg. 1. to. q. 42. ar. 147.
 8. ad si. quoad vnum, vel alterum diem tantum, alias
 dicunt peccare mortaliter, quoniam transgreditur præ-
 ceptum, quo iubemur omnes recitare horas, secundum
 formulam Breuiarij, quam sequi præcipimur, quod

etiam tenent Arrag. d. 9. §. 3. ar. 12. dub. 5 propter Bullam Breuiarij Pij V. dicens, quod t. quauis non existimet esse peccatum mortale, vno, aut altero die officium diurnum peruertere recitando, scilicet horas de vno sancto in die, quo Breuiarium præcipit, vt officium fiat de feria, qui crebro, & frequenter id faceret procul dubio mortaliter peccaret, & nouissime P. Ledesma. dict. ar. 9. cap. 4. 15. & 16. concl. ad-

149 dens tamen peccare mortaliter t. eum qui mutat officium recitando officium notabiliter minus eo, quod debebat recitare secundum Ordinarium etiam semel.

150 Mihi autem videtur dicendum, non solum t. qui crebro, & frequenter id faceret, sed etiam qui vno aut altero die, non satisfacere suæ obligationi, sed peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem fructuum beneficij, vt patet ex Bulla Pij V. posita in princ. sui Breuiarij, vbi omnia alia Breuiaria, nō antiquiora 200. annis abrogat, & subdit in hæc verba;

151 Statuentes t. Breuiarium ipsum nullo vnquam tempore, vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omnino detrabendum esse, ac quoscunque, qui horas Canonicas ex more, & ritu ipsius Rom. Ecclesiæ, iure, vel consuetudine dicere, vel psallere debent, propositis penis per Canonicas sanctiones constitutis in eos, qui diuinum officium quotidie non dixerint, ad dicendū, & psallendum posthac in perpetuum horas ipsas diurnas, & nocturnas, ex huius Rom. Breuiaria, præscriptas, & ratione omnino teneri, neminemque ex iis, quibus hoc dicendi, psallendique munus necessarium impositum est, nisi hac sola formula satisfacere posse.

Ex quibus verbis manifeste patet non recitantem

152 t. per hoc Breuiarium, nec secundum ipsius præscriptū, rationem, & formulam, atque secundum ipsius Reg. & rubricas, non satisfacere suæ obligationi, sed incurrere pœnas constitutas in non recitantes, atque adeo obligationem restituendi fructus beneficiorū, & sic, cum in d. Bulla expresse præcipiatur qualitas, & modus horarum, cessat hodie d. ratio Caietani, & aliorum citatorum, quod de qualitate horarum non sit aliud præceptum, nisi consuetudo & c. quinimo idem olim præcipiebatur existimo in Breuiariis vnusculiusque Ecclesiæ t. seu Diocesis, & hodie etiam in Breuiariis Religionū, quæ sunt in vsu, & est conforme iuri antiquo c. de his. c. placuit 12. distin. & argum.

153 Clemen. de celebr. Missar. Alber. de Ferrariis t. de horis can. nu. 94. Nic. Plorie de modo dicendi horas in prin. facit declaratio S. Congreg. Concilij relata per d. seu apostillam ad Consilium Nau. 15. de celebrat. t. Missar. quæ censuit habentes Breuiarium ante 200. annos institutum non satisfacere recitando etiā extra chorū iuxta formam Breui. noui Pij V. quod in sua Ecclesia non fuit receptum de consensu Episcopi, & Capituli, vt etiam tenuisse videtur Nau. consi. 5. ad 2. q. 3. & consi. 16. eo. tit. quamuis d. consi. 15. contrarium videatur tenere. Tertio facit etiam in simili de Missali alia declaratio S. Cong. t. super c. de indice librorum, & catechismo, Breuiario, Missali. sess. 25. quæ sic ait. Celebrantes alio Missali, non hoc reformato, qui alias tenentur ex Bulla Pij V. posita in Missali Romano, incurrunt in peccatum mortale, si sciēter, & absq. iusta causa id fecerint. Et hanc nostram sententiam videtur tenere Belarini. d. 3. tom. vltima controuersia. 3. controuersie lib. 1. c. 18. & Graff. lib. 2. c. 51. n. 10. t. vbi ait, teneri ad restitutionem fructuum beneficiatum dicentem officium, non tamen conforme Breuiar. Romano, vel Ecclesiæ matri, vt in Bulla Breuiarij habetur, quamuis in eo, qui diceret officium de sancto, cū

de feria dicere debuisset. c. 55. n. 22. tenet d. sententiā Felin. s. & Cosmas Philarchus, d. l. 1. c. 6. 3. concl. ait modo per Bullam Pij V. esse etiam præceptum de officio determinato, vnde si fieret de sancto illo die minime occurrente, quia officiū est breuius, crederet, inquit, esse mortale, quia videtur etiam quidam contemptus, & summa Coro. 1. par. c. 1. n. 100. ait, non licere immutare officium, nam per d. Bullam Pij V. præcipitur, vt obseruetur vniformitas Breuiarij noui, tam in seruientib. choro, quam priuatim, & domi recitantib. itaque, si alio Breuiar. vli fuerint, ac si non recitassent censerebatur, vnde qui diceret de sancto in die, quo dicendum esset de feria, vel contra, non satisfacit, etiam si ex aliqua inaduertentia id accideret, & postea aduertit in tempore, quo potest reiterare, & non reiterat, nec sufficit illud pro die sequenti satisfaciendo referuare. Hęc Summa Corona, & Corradus in d. respon. casuum conscientie, q. 243. a. d. prin. ait clericos seculares, vel quoscunque regulares, qui celebrant secundum Breuiarium Romanum, t. teneri 160 obseruare de necessitate, pro vt Pius Quint. ordinauit, reformat, & condidit nouum Breuiarium, tā in communi, quam in priuato, ita vt, si aliter celebrauerint, non satisfaciunt, puta, si quādo de feria celebrari sit notatum, & celebrauerint de sancto, mortaliter peccare, non satisfaciendo, quamuis inaduertenter contingat, & nisi de vno soluiatur, prout notatum est, si tamen tempus suppetat. Hęc Corradus, quamuis in fine d. q. referat sententiā Arrag. de qua s. & Valentia. d. 3. tom. disp. q. 2. pun. 10. circa 3. ait d. sententiā Caietani habere t. maiorem difficultatem in Breuiario Romano propter d. Bullam Pij V. in qua præcipitur omnib. ad quos breuiariū pertinet, dicere officium secundum formulam huius Romani Breuiarij, constat. n. in formula huius Breuiarij, contineri, vt in feria dicatur de feria, & in festo de festo, & quamuis idem Valentia t. statim dicat, quod posset ad hoc responderi, illud verbum, secundū formulam huius Breuiarij, referendum esse ad formulas aliorum Breuiariorum, quas potissimū nolebat Pius V. explodere; ita vt sensus sit, dicendum formulā huius Breuiarij, non alterius, quod fiet, quamuis in festo dicatur de feria, si tamen per hoc Breuiarium, itaq; manere posse probabilem opinionem Caietani, tamen ista responsio non est bona, nam verba d. Bullæ ibi, nisi hac sola formula, & ibi ex huius Breuiarij præscripto, & ratione, clare significant recitandū esse non solum per istud Breuiarium, sed etiam secundū modum, regulas, & Rub. ipsius, Et Card. Toletus licet d. l. 2. c. 13. verb. qualitas in impressione Lugd. dicat cum Caietano, t. quando nullus adeat contemptus, posse recitari per aliud Breuiarium, dummodo non esset Romanū nouum, id est tum lectionum, sine priuilegio, & in hoc qualitatē non obligare, cum vero de sancto, vel de feria officiū est, non posse mutari qualitatē absque mortali, si ex aduertentia fiat, tamen in Romana editione ait, ibi sibi non probari opinionē Siluest. Caietani, & Arm. s. credere. n. qui tenentur recitare officium Romanum, & sciēter non recitant iuxta præscriptam formam Ecclesiæ Romanæ, aut particularis Ecclesiæ mortaliter peccare, etiam quando in particulari recitant, & nouissime Agor, d. l. 10. t. c. 11. q. 1. docet, quemlibet clericum iure communi Cano. in officio persoluendo, vt debere formulā suæ diocesis, vel ordinis ex d. c. de his, & c. placuit. 12. distin. iure tamen nouo Pij V. vt debere formulā præscripta in Breuiario iussu eiusdem Pontificis edito, vt dicitur in constitutione eidem Breuiario

rio prefixa, quamvis in eo, qui exoluit officium de feria cum esset de sancto, vel è contra etiam scièter ac data opera, c. 10. *precedenti*, 7. 2. dicat cum Syluest. Eccl. satisfacere, nec teneri repetere, & tantum peccatum veniale admittere, si scienter id faciat.

165 Et contra opinionem Naua. & Fr. Man. Rodr. & Arrag. supra recte aduertit, Vega d. cap. 128. *casu decimo septimo*, quod si est peccatum mortale, & non potest quis frequenter mutare officium, sine peccato mortali, nec etiam poterit id facere vno, vel altero die, siquidem quolibet die est præceptum, recitandi distinctum, sicut est præceptum ieiunandi quolibet die Quadragesimæ, & etiam peccat mortaliter, qui desinit ieiunare vno die, aut duobus, sicut qui multis: & è conuerso, ego aduerto, quod si non est peccatum mortale, vno, aut altero die id facere, nec etiam erit peccatum mortale scilicet id facere, nam pro quolibet die est distinctum præceptum, & officii cuiuslibet die est onus illius, ita quod non transit in alium, & sic defectus vnius, & alterius diei non potest continuari, & coniungi cū defectibus aliorum dierum, vt peccatum, quod alias esset veniale, fiat mortale, tunc enim posterius peccatum, quod alias esset veniale, ratione præcedentium, ita vt pro vna reputetur saltem mortaliter, vt recte inquit Gabr. Vazq. 12. *disp.* 146. quæ continuatio nullo modo dari potest, cum materia, & obiectum peccatorum præcedentium, & eius obligatio transit omnino, nec vlllo modo remanet, & alias ex pluribus venialibus non potest fieri vnum mortale, vt apud omnes manifestum est, & tradit Gabr. Vazquez, ibi post D. Tho. d. *disp.* duodecima quæ octogesima octaua artic. quarto, & ibi Caie. & Bar. Med. & Zumel.

166 Et ideo, qui vouit, & seu iurauit quotidie recitare orationem Dominicam, seu Anglicam, aut aliquid paruum, nunquam peccat mortaliter, sed solum venialiter ratione paruitatis materiæ, etiam si per multos dies, & per annum id omittat, si id promissit in honorem, vel vt onus singulorum dierum, quia lapsu cuiuslibet diei obligatio illius fruitur & cessat, nec in alium transit, vt tenet Sotus de iustitia & iure, l. 7. quæst. 2. art. 1. Angles in florib. Nicol. q. de voto, art. 2. 2. *difficultate*. Arrag. 22. q. 88. art. 1. Gabr. Vazquez d. *disp.* 146. nu. 6. & Summa Corona. de voto sub n. 8. Agor l. u. c. 5. 3. g. Enriquez in materia de voto, & alij, & idem erit in vouente, seu iurante dare quotidie elemosinam paruum, si id promissit, vt onus & singulorum dierum, ita vt obligatio sit pro illo die, & cum eo finiatur, nam tunc eadem militat ratio, quod non potest fieri continuatio materiæ, & paruarum quantitarum, & obligationum, vt recte tenent Gab. Vazquez, Agor & Enriquez.

171 In hoc solum videtur esse differentia, & quod qui absolute & simpliciter vouet seu iurat, quotidie aliquid recitare, videtur id promittere, vt onus diei, ita vt etiam ipsa temporis determinatio per se cadat sub voto, vt inquit Arrag. *sup.* licet in hoc cōtra sentire videatur, Gab. Vazq. *dub.* 6. qui vero absolute, & simpliciter vouet, seu iurat dare quotidie aliquam elemosinam, non videtur, id promittere, vt onus diei, ita vt dies præsumatur ad finiendam obligationem, sed potius præsumitur, vt terminus solutionis, ne ultra diem differatur, & hoc est, quod dicit Arrag. 3. quod in hoc voto tantum res promissa per se cadit sub voto, tempus secundario, & sic semper manet obligatio ad reddendum promissum, quamvis tempus mutetur.

Et ita recte Sotus *ubi sup.* absolute & facit distinctionem inter illa vota, dicens, quod qui votum emisit quotidie recitandi aliquid paruum, & si id quotidie amittat, nunquam mortaliter delinquit, secus qui vouit quotidie obolum erogare pauperibus. tunc enim licet vnus, aut duorum dierum omisso non sit mortalis, tamen quod hodie nō tribuit cras tenetur, quare vbi debiti summa excreuerit mortalis fit culpa. Et sequuntur Arrag. Sum. Corona, & Enriq. *sup.* & Pet. Ledesin 2. p. *sum. tract.* 10. ca. 3. *dub.* 1. & id quod dicit de vouente Eleemosinam tradit etiam N. Medina d. q. 88. art. 4.

Nec est admittenda sententia & Cani. F. Io. de la Penna, Mantij, Fr. Lud. Lopez *instr.* 1. 10. c. 42. F. Man. Rod. in *sum.* 2. tom. c. 99. num. 1. Grass. l. 2. cap. 23. n. 4. & Cunigæ de voto, q. 4. n. 31. & Valentia 3. tom. *dispu.* 6. q. 6. tenentium contra Sotum in eo quod dicit de vouente recitare quotidie aliquid paruum, quorum sententia solum erit vera quando id vouens præfinit diem non ad faciendam obligationem, sed vt terminum solutionis, ne ultra diem differatur, & explicite haberet talem intentionem, vt per Gab. Vazquez, & Agor *sup.* iuxta quod etiam est accipiendus Zumel. 3.

Sed quamvis & qui recitaret de sancto, etiam ex inadvertentia, seu obliuione, quando esset recitandum de feria, vel è contra, nō satisfaciatur, sed teneatur iterum recitare iuxta dicta, tamē qui recitaret devoto sancto, cum esset recitandum de alio, si est parua differentia inter vnū & alterū officiū, sufficit repetere particularia illius officiij, vt hymnū, antiphonas, lectiones, Toletus d. l. 2. c. 13. *vers.* tamen notandum est.

Idq; probabile existimo, & quod qui recitauit de sancto, cum esset recitandum de feria, vel è contra, quia forte calendariū, quod vidit, erat erratū, aut sequendo sententiam peritorum, quæ postea apparet falsa, satisfaciatur, ex quo adhibuit debitam diligentiam, nec tenetur iterum recitare, etiam si intra eund. diem constaret de errore, sicut qui semel facit restitutionem illius, quod debet, sequendo opinionem probabilem, & doctorum hominum, satisfaciatur, nec tenetur iterum restituere, licet postea appareret illam opinionem esse falsam, & quod alteri erat facienda restitutio, & non cui facta est. Bannes. 22. q. 32. art. 7. 2. *dub.* 3. & 4. *conclu.*

Sed licet restat difficultas an priuilegium. Innoc. 111. l. fratribus Minoribus, quod ratione itineris, seu alteri^o iustæ causæ existentes extra suos Conuētus possint recitare cum alijs, vel per se officium diuinum, non iuxta ordinem breuiarij Romani, sit reuocatum per dictam Bullam Pij V. in qua reuocantur omnes permissiones, ac consuetudines, & statuta, nec non priuilegia, licentia, & indulta recitandi more, & ritu Breuiariorum suppressorum.

In quâ difficultate F. Man. Rodrig. d. 1. tom. ca. 141. v. 2. & cum eo Vega d. c. 128. *casu* 25. docent, non esse reuocatum, quia illa reuocatio intelligitur de priuilegijs, ex quibus omittitur formula recitandi Breuiarij Romani semper, non de priuilegio particulari, pro aliquibus diebus ex iusta causa, quæ sententia non videtur improbabilis. P. Ledesin. d. *tract.* 9. cap. quarto circa 15 *concl.* nu. 3. sed posse optime sequi.

Verum mihi & non placet, verius enim videtur ex d. Pulla Pij. V. esse reuocata omnia priuilegia recitandi per aliud Breuiarium à Romano, etiam pro aliquibus diebus, & facit, quod alias in simili circa priuilegia non seruandi interdicta in aliquibus die-

bus tantum, ex sententia S. congregationis dicitur
c. seq. a. n. 278. quamvis privilegium concessum per
 Martinum V. patribus S. Hieronymi, quod infirmi,
 & senes satisfaciunt obligationi recitandi, & recitan-
 do aliquos psalmos, & privilegium concessum per
 Leonem 10. Fratribus Minoribus, quod interim sa-
 tisfaciant recitando aliquid iuxta dispositionem suo-
 rum Prælatorum, & alia similia non videantur reuo-
 cata, ut aiunt F. Man. Rodriguez Vega, & P. Ledef.
supra, quia non facit contra d. Bullam.

Decimo dubitatur, an beneficiatus t recitans of-
 ficiū sine debita attentione, teneatur ad restitu-
 tionem fructuum, in quo in primis certum est reci-
 tantem sine debita attentione ex industria, seu pro-
 posito, saltem virtuali ob negligentiam t notabilem
 non satisfacere, sed teneri ante lapsum dici repetere
 sub peccato mortali. Naua. *de oratione. cap. 13. num. 18.*
c. 20. n. 31. Soto *l. 10. q. 5. art. 5. N. Medi. in sum. l. 1. c.*
4. §. 11. Angles in floribus de oratione qu. 5. 4. diffinitio-
ne. P. Nau. de restitutione, lib. 2. c. 2. n. 240. Arrag. 22. q.
83. ar. 13. vers. est aliud dubium. Enriq. in summa, lib. 5.
c. 15. §. 2. Fr. Lopez 2. tom. c. 103. F. Man. Rodrig. 1. tom.
c. 143. n. 1. Vega, 1. par. c. 118. casu 20. Valen. 3. tom. di-
sp. 1. 6. q. 2. p. n. 10. circa 8. Aqor. l. 10. c. 12. q. 6. P. Le-
def. d. tr. 1. 9. c. 4. 20. concl. & Gab. Vazquez 12. 10. 2.
disp. 160. n. 30. & 31.

Quamvis t contrarium tenuerit Ioan. Medina *de*
oratione q. 15. de 2. ea ratione quod secundum Caie-
 tanum præceptum dicendi horas distinctum est à
 præcepto dicendi eas cum attentione, nam præcep-
 tum eas dicendi absolute prius fuit latum, deinde
 in ea dolentes de celebratione Missarum fuit latum
 præceptum de attentione, unde qui horas dixi sine
 debita attentione satisfacit præcepto primo de dicē-
 dis horis, etiam si non satisfaciat secundo de attentio-
 ne, & ita non tenebitur eas redicere, & si de defectu
 deuotionis & attentionis teneatur pœnitere, cū quo
 tenet Cord. *l. 4. q. 13. ad fi.*

Sed huic rationi cum Valentia t supra responde-
 tur primo; dato illud esset distinctum præceptum,
 nihilominus tamen teneretur talis iterum dicere, ut
 ita diceret attente, & satisfaceret secundo præcepto
 præscribenti modum, secundo falsum esse, quod ista
 duo præcepta in re sint distincta, utroque enim præ-
 cepto, utrumque iniungitur, & dicere attente, sed
 in secundo præcepto t expressius declaratur mo-
 dus dicendi attente, in primo autem expresse qui-
 dem non modus, sed solus actus ipse dicendi officiū
 in quo tamen implicite continebatur modus dicen-
 di attente, tanquam modus substantialis orationis, B.
 Medin. *d. §. 11. Enriq. d. capit. 15. §. 2. F. Lud. Lopez. 1.*
tom. c. 246. & 2. tom. d. c. 103. Suar. 5. tom. disp. 4. sect.
2. n. 26. P. Ledefina supra, & sic est intelligendus Ca-
ietanus, & quod non sint duo Ecclesiæ præcepta, sed
unum tantum de recitandis horis attente dicit prob-
abilius, & verius Aqor dict. cap. 12. §. 9. & tenet Sua-
rez ibid.

Hoc supposito ad dubium t propositum respon-
 dendo dicendum est, talem teneri ad restitutionem
 fructuum, non secus ad eum, qui horas minime di-
 xit. Et ratio præcipua est, nam cum attentio sit modus
 substantialis nec satisfaciat præcepto Ecclesiæ, ut di-
 ximus, non dicitur recitasse, qui sic recitat, atq; adeo
 in eum habet locum pœna restitutionis imposita cō-
 tra non recitantes, & ita tenent Nauar. *d. c. 20. n. 32.*
P. Nauar. d. n. 240. & seq. Graff. l. 2. c. 51. n. 7. F. Man.
Rodrig. d. c. 143. n. 1. Vega d. cap. 12. casu 20. & non

P. Ledef. *d. ca. 4. circa 21. conclusionē pag. 1090.* & ma-
 gis placet Aqor. *d. capit. 12. §. 6. questione & capit. 14. §. 8.*
questione, & sentit Suarez ubi proxime, numero
27.

Quamvis contrariam sententiam t teneat Cor. 187
 cum Io. Med. supra consequenter ad d. suam opinio-
 nem, de qua n. 183. & cum Castro *de lege pœnali l. 2. c.*
5. Enriquez l. 9. cap. 25. §. 5. & Toletus d. l. 2. c. 12. 4. di-
cto, quam etiam dicit probabilem Aqor supra ea ra-
 tione, quod restitutio fructuum est pœna iure Ca-
 nonico tantum constituta in beneficiatos, qui di-
 uinum officium omittunt, cui tamen responderetur
 ex dictis, & aliquo modo tenet F. Ludouicus Lopez
d. cap. 246. & 103. cum Soto de art. 5. c. 6. qui tamen
t vt recte inquit Nauar. sup. num. 238. loquitur con-
sequenter ad quandam suam quam ibi tenet opinio-
nem supra à nobis refutatam secunda illatione num.
27. quod dimittens officium pro vno, aut duobus die-
bus non tenetur ad restitutionem, unde eam reddit
rationem, quoniam neque si officium prætermitt-
teret, obligatus esset, & sic solum loquitur de eo, qui
vno, aut duobus diebus recitaret sine debita atten-
tionē, & consequenter potius tenet nostram senten-
tiam in hoc dubio, pro qua eum citat Aqor supra, &
eam etiam tenet Ga. Vazq. supra a n. 32 cuius tamen
ratio, & restrictio non placet.

Vndecimo dubitatur, an qui t dicit officiū
 cum debita attentione, sine intentione tamen
 & animo satisfaciendi obligationi, & præcepto, sed
 animo postea iterum dicendi ad satisfaciendum, aut
 causa deuotionis, recreationis, vel alia simili, nihilo-
 minus satisfaciat, an vero teneatur iterum recitare
 sub peccato mortali, & obligatione restituendi, &
 simile dubium est de audiente Missam in die præ-
 cepti, sine animo satisfaciendi præcepto, sed deuo-
 tionis, vel alia causa. In hoc dubio Nau. *de oratione*
cap. 13. n. 16. 27. & 28. & c. 16. n. 73. & 74. & c. 20. num.
30. t tenet non satisfacere, quia actus agentium non
operantur ultra eorum intentionem. l. non omnis. ff.
si certum petat. eand. sententiam tenet Io. Medina de
oratione q. 19. vers. de tertio, probat t simili, nam si de-
beo Petro decem & do illi decem animo donandi,
non debitum soluendi, non liberor à priori debito,
& si promisi alicui vnum equum, & do illi equum,
non animo complendi promissum, sed donandi, non
maneo liber à promissione, item si stipendium ab a-
liquo accepi, vt pro eo Missam celebrarem, & postea
non ob stipendium, sed gratis, aut ob aliam causam
pro eo celebros, non maneo liber à debito, igitur ita
in proposito. & sequuntur Mar. Ledef. 2. par. 4. q. 16.
art. 6. du. 3. Sandoual. p. 6. c. 14. Francolinus de tempore
horum t Cano. c. 27. n. 11. F. Lud. Lop. in instru. negotian. l. 19.
1. c. 53. Enriq. in sum. l. 9. c. 25. §. 6. Fr. Man. Rod. 1. tom.
c. 43. nu. 2. Vega d. c. 118. casu 22. & nouissime P. Led.
in sum. 1. par. de Sacramento Eucharistie c. 27. 10. con.
vbi reddit rationē, quia adimpletio præcepti est op^o
obedientie, & 2. par. 1. 9. cap. 4. con. 20. 2. difficultate,
& conclusionē vltima, & hanc sententiam tenet etiam
t Philiar. d. lib. 1. cap. 6. vbi ait, quemlibet ad offi-
cium obligatum teneri sub peccato mortali à prin-
cipio officij habere actualem, vel saltem virtualem
intentionem satisfaciendi obligationi de reci-
tando, & reddit rationem, quia recitatio officij de-
bet esse actus humanus, & ex deliberatione. idē ead.
ratione tradit Nunno. 3. pa. q. 83. art. 6. nempe, quia
omnis actus humanus debet esse liber & volunta-
rius, at Arrag. d. q. 83. art. 13. vers. sed dubitabit. t inquit,
quod quamvis d. sententia Medinæ sit valde proba-
bilis

bilis atque secura, non tamen minus probabile putat, quod qui ita officium dixit, tenetur iterum ead. die de nouo officium recitare vel intra eand. mutare animum, atque habere animum satisfaciendi, tota enim illa die vget præceptum Ecclesiæ, cui tenetur velle obedire, & ad id sufficiens videtur animi mutatio, supposito, quod iam debite officium dixit, hoc autem de mutatione & voluntatis intra tempus præcepti tunc esse necessarium ait Sua. 3. rom 3. pa. 9. 88. sect. 3. quando cum voluntate audiendi Missam, seu recitandi coniungitur voluntas formalis contraria præcepto, ut si quis dum ex deuotione Missam audit in die festo hunc actum formalem habeat, nolo hac Missa implere præceptum, & in illa voluntate persistat, quo casu per illum actum, ut sic, reuera non implet præceptum, quia nullo modo obeditur illi, qui implere præceptum actus est obedientiæ, qui sine voluntate non fit, satis tamen est, ut voluntatem mutet intra tempus præcepti, & velit auditione præcedentis Missæ satisfacere præcepto, nam solum ibi debuit obedientia voluntatis, quæ adiungitur per subsequentem voluntatem, quando vero non adest voluntas contraria præcepto, ait sufficere ad illud implendum voluntatem audiendi Missam, seu recitandi, etiam si formaliter non sit sub intentione implendi præceptum, quia omnis, qui non excludit, censetur virtualiter includere intentionem implendi præceptum in ea voluntate, qua vult efficere actum præceptum, & sic qui summo mane Missam audiuit ex deuotione exultans non esse diem festum, quamvis postea sciat, non tenetur ad aliam Missam audire, sed ad summum ad volendum satisfacere præcepto per priorem actum, uno neque hoc in rigore esse necessarium, sed solum ut iudicet, se satisfecisse præcepto. hæc Suarez, cuius tamen sententiam, quod satisfit in illo casu mutare voluntatem intra tempus præcepti, improbat P. Ledel. *sup. cum* Mar. Led. Medin. & aliis, & Nunno, nouissime Açor l. 7. cap. 2. question. 6. & lib. 10. cap. 8. question. septima & cap. 11. 7. 8. & 9. in hoc dubio docet, quod qui dicit officium, & aut audit Missam cum animo, non satisfaciendi præcepto, non satisfaciendi, cum habeat voluntatem contrariam, sed debet repetere, nec sufficit voluntatem mutare, qui vero incius, vel immemor præcepti recitaret, aut nesciens esse diem festum casu Missam audiret, satisfaceret, cum non habeat voluntatem contrariam non satisfaciendi, solum enim præcipitur, ut sponte, & voluntarie recitemus, vel audiamus.

Sed istis & sententiis omisiss mihi placet sententia aliorum absolute dicentium, recitantem, seu audientem Missam cum debita attentione, sine intentione, & animo satisfaciendi obligationi, & præcepto, nihilominus satisfacere per istum actum, quia præceptum non requirit intentionem implendi in actu signato, sed tantum in actu exercito, nam solum obligat ad substantiam actus, nempe ad recitandum, seu audiendam Missam, non autem ad hoc, ut quis peculiari alio actu voluntatis, & in actu signato velit etiam satisfacere præcepto, & qui recitat, vel audit Missam, quantumvis nolens satisfacere, vere nihilominus recitat, & audit Missam, atque adeo eo ipso vere satisfaciit præcepto, nec est in potestate alicuius præcepto non satisfacere, posito, quod velit officium recitare, itaque ineptum etiam esset, velle tunc non satisfacere, & intentio non satisfaciendi secluso voto, non obligat, ita tenet Valentia *dict. 3. tom. disp. 6. question. 2. pun. 10. circa octauum ad fin.*

& multi tomistæ i. *secunda qu. 100. artic. 9. & alij moderni* P. Gab. Vazq. Martinez, & Casa sola societatis Iesu.

Loquuntur enim de eo, qui & voluntarie recitat, vel audit Missam, & non inuitus, & per vim præcisam, seu violentem, nam qui sic faceret, non recitaret, seu audiret Missam vere.

Et ad rationem & aliarum sententiarum Resp. ad sequ. rationem Nau. quod actus agentium non operantur ultra eorum intent. Resp. quod ea procederet, si requireretur in proposito intentio satisfaciendi præcepto, at cum ea non requiratur, sed solum faciendi actum, ut dictum est, nihil facit contra hos ista ratio.

Ad rationem & Ioannis Medina, Resp. esse discrimen, quod in illis casibus interuenit obligatio Iustitiæ, cui non satisfaciit qui dat ex liberalitate, at in proposito, non est obligatio Iustitiæ, sed Religiæ, ut sup. diximus, n. 14. & qui recitat officium, vel audit Missam cum debita attentione, quamvis nolit tunc præcepto satisfacere, tamen facit tunc actum Religionis præceptum, ut recte inquit Valentin. *supra*. Vnde etiam ad rationem Suarez & P. Led. quod implere præceptum est actus & obedientiæ, qui sine voluntate non fit, Respon. quod huiusmodi obligatio recitandi, vel audiendi Missam, est religionis, ex cuius motiuo, & intuitu id præcipitur, & solum obedientiæ generalis, quæ versatur circa omnia præcepta, non vero obedientiæ spiritualis, in qua posset procedere ista ratio, & ita Enriquez. *dict. 8. 5. in gloss. liera A.* fatetur quod præceptum Ecclesiæ, & legislatoris intentio non obligat ad præceptum ex inobedientia, sed propter proprium motiuum Religionis.

Etenim in hoc puncto ad sciendum quando faciens & actum, sine intentione satisfaciendi, satisfaciit obligationi, & præcepto, vel non, considerare oportet, an talis exerceat nihilominus actum virtutis, ad quem formaliter tenetur, nec ne. Vnde qui tenetur ex voto ad aliquem actum, & non satisfaciit huic obligationi, per actum factum sine intentione adimplendi votum, quia non est actus Religionis circa adimplendum voti, ex quo satisfit vltimæ rationi de voto adductæ per Patrem Ledesma s. d. 10. *concl.* & similiter, qui tenetur ad aliquid ex pœnitentia iniuncta a confessario, & si illud faciat sine intentione adimplendi illam, non satisfaciit, quia ut sic, non est actus pœnitentiæ, & satisfactionis sacramentalis.

Ad impletionem & vero, seu voti fractionem cuiuslibet præcepti seu voti negatiui satis est non agere actum prohibitum.

Ad rationem Philarchi Resp. quod ex eo, quod quis recitat sine intentione satisfaciendi, non definit esse actus humanus, & ex deliberatione supposito, quod velit recitare, nam loquimur de eo, qui recitat & animo orandi, & qui diceret officium non animo orandi, sed aut legendi, aut psalmos addiscendi, teneretur illud iterare siquidem orare obligatur, & talis non orat, ut constat, & recte inquit Arrag. *supra*, & Açor d. c. 8. 9. 7. & c. 12. 9. 9.

Tandem in hoc dubio & aduertendum est, certum esse in opinione Nau. Medina, & aliorum *supra*, non esse necessariam actualem intentionem satisfaciendi, sed sufficere virtualem, ut in eo, qui animo deliberato caperet Breuiarium, aut iret ad Ecclesiam, vel aliud simile faceret, ita, ut interrogatus, quare id faceret, vere responderet, se id facere ad recitandum, & satisfaciendum: suæ obli-

gationi, vt recte inquit Nau. *d. c. 13. nu. 16. & 17.* Enriquez *supra*. F. Man. Rod. *d. c. 143. n. 4.* Vega *d. cap. 128. casu. 23.* & P. Ledesma *supra*.

210 Non tamen recte ait F. Man. Rod. *d. 1. tom. c. 123. nu. 2.* contra Mar. Ledes. & F. Lud. Lopez *supra*, quorum sententiam, ait probabilior Pater Ledes. *d. concl. 10.* eam virtualem intentionem habere qui audit Missam ex deuotione in die præcepti, ignorando esse festum, atque ideo satisfacere, quod etiam ait Enriq. dicens interpretatiue voluisse implere præceptum, & Suarez *supra*, & ait probabile P. Ledesma ibi, nam licet certum videatur, quod si sciret esse festum vellet ea Missa satisfacere præcepto, tamen conditionalis nihil ponit in esse, & sic solum poterat dici esse habitualem intentionem, non virtuale, cum non præcesserat actus, in cuius virtute illa esset, vt inquit F. Lud. Lopez *supra*, & consequenter in eorum opinione ille, non satisfaceret præcepto, nam ubi intentio requiritur, non sufficit habitualis, vt alias dicitur in materia sacramentorum de intentione ministri.

Duodecimo dubitatur, an beneficiatus non potens recitare per se, qui tamen potest cum socio alternatim, commode recitare, teneatur sic recitare. In quo Nau. *de oratione. c. 11. n. 13. & 14. & in manu. c. 25. nu. 100.* tenet, quod qui potest cum socio recitare, & eum habet, vel habere commode potest, quia habet redditus Ecclesiasticos, vel patrimonij, ad cuius titulum sit ordinatus, quibus socio satisfacere possit, teneatur cum eo recitare, quia tunc cessat ratio cum excusans, & quia alias sequeretur, quod ille, qui sanus, vel alias non impeditus solebat dicere horas cum suis familiaribus, excusaretur ab eis propter tantillum oculorum dolorem, vel lippitudinem impediendam à lectione horarum, etiam si partem suam memoriter teneret, quod est absurdum, sequitur Philiar. *d. l. 1. ca. 10. 1. conc. 7.* Arrag. *d. q. 83. art. 12. 1. causa præmittendi officium.* Graff. *d. l. 2. c. 54. n. 1. 3. & 10.* F. Man. Rod. *g. ca. 144. n. 1.* Vega *d. c. 128. casu 16.* Valen. *supra d. pun. 10. circa septimum. 1. causa.* Açor *l. 10. c. 13. q. 3. & 6.* P. Led. *d. ar. 9. c. 4. 9. concl. 4. diffi.* & videtur tenere Fufcus *de visitatione l. 2. c. 20. nu. 25.* qui omnes dicit, quod qui commode potest habere socium, etiam cum mercede tenetur cum eo recitare.

214 At Enriquez in materia de oratione tenuit, non teneri quem recitare cum socio, licet eum habeat, & cum eo commode recitare posset, quia nec tenetur audire impeditus recitare. Syluef. *ver. bor. n. 5.* Nau. *d. c. 11. n. 6. & 7.* Cuchus *l. 5. c. 7. n. 24.* F. Man. Rod. *g. regu. l. 10. 7. 42. art. 10.* Tolletus *l. 2. c. 14. 1. causa*, & quod ita tenent quidam docti contra Nau. etiam si magnos redditus Eccl. habeat, licet consulendus sit cum habere.

215 Mihi videtur has opiniones sic posse concordari, vt prima procedat in eo, qui sanus solebat cum socio recitare. nam cum solitus esset antea cum socio recitare, non debet postea cum eo nolle recitare, ex eo quod per se iam recitare non possit, & idem videtur in eo, qui postquam fuit impeditus per se recitare, consuevit cum socio recitare, tenebitur enim eod. modo id continuare, nisi forte isti antea haberent socii gratis, & sine expensa, & postea cum non inuenirent sine stipendio, & expensa, non videtur cogendus cum stipendio de nouo accipere. Secunda vero in eo, qui antea non solebat cum socio recitare.

216 Decimo tertio dubitatur, an qui propter infirmitatem non potest totas horas recitare, potest tamen commode partem, teneatur illam recitare, in quo Nau. *d. c. 11. n. 15.* tenet, quod si potest recitare

maiores partem horarum, tenetur, alias non, quem sequitur Açor. *l. 10. c. 13. q. 4. & 5.*

Philircus, *d. l. 1. c. 10. ait*, quod si potest recitare maiorem, vel æqualem, aut fere æqualem partem, tenetur illam recitare, si vero solum minorem, non tenetur. Graff. *d. l. 2. c. 54. n. 3. & 4.* & tamen eo Vega *d. c. 128. casu. 1.* videntur velle absolute, quod qui non potest recitare totum officium, tenetur recitare partem meliori modo, quo potest, & quæ memoriter scit, & P. Led. *d. ar. 9. c. 4. 9. concl. 3. diffi.* docet, quod qui propter infirmitatem non potest recitare totum officium, tenetur recitare illam partem, quæ non fuerit causa notabilis nocumendi salutis, sicut qui non potest ieiunare totam quadragesimam, tenetur ieiunare diebus quibus potest, & sic qui non potest recitare matutinum, ob defectum viuis, aut quia sequetur notabile nocumendum, potest tamen commode recitare horas diei, tenebitur illas recitare.

At F. Man. Rod. *g. in sum. 1. tom. c. 144.* postquam retulit dictam opinionem Nauarri, quod infirmus potens recitare maiorem partem officij diuini sine periculo suæ salutis, tenetur illam recitare, ait, se habere opinionem non esse vtendum cum infirmo huiusmodi rigore, nisi quando clare apparet, quod potest id facere, tum quia esset inquietare illum, & ponere ei scrupulos, qui tempore infirmitatis solent esse magis molesti, tum etiam, quia in rebus moralibus non debent admitti opiniones causantes perplexitatem, qualis est ista, quia non potest facile determinari an possit infirmus recitare medietatem, vel tertiam partem officij diuini, quod etiam tenet 1. *ro. g. regularium q. 42. art. 10.*

Mihi videtur primo, quod quamuis non potens recitare totum officium posset recitare maiorem partem illius, si tamen illa pars esset soluta, & quæ non faceret aliqualem compositionem horæ, quæ est quod artificiale, & compositum ex diuersis partibus, non tenetur illam recitare, verbi gratia, quamuis posset recitare omnes psalmos, aut psalmos & hymnos horarum quos memoriter scit, tamen quia illi, vt sic, non faciunt aliqualem compositionem horæ, non teneretur illos recitare, licet sit maior pars officij.

Secundo videtur, quod qui non posset recitare matutinum cum laudibus, non teneretur reliquas horas recitare, quamuis illas posset, quia matutinum cum laudibus, licet non sit maior pars officij, tamen est prima, & præcipua pars illius, & ita excusatur, tamen nec obstat simile de ieiunio quadragesimæ, nam, vt supradictum est ibi, est præceptum distinctum pro quolibet die, hic verò est vnum tantum præceptum pro toto officio diei, & sic non est simile.

214 Tertio videtur, quod qui posset recitare sine Matutino Laudes cum reliquis horis teneretur ad illas, ex quo sunt multo maior pars officij, & quamuis Laudes sint vna hora cum Matutino, vt iam certum est cum communi, quicquid Nau. *de oratione. c. 3. n. 27. & 28.* & Man. Rod. *g. in sum. 1. ro. c. 140. n. 1.* cum aliis dicant, tamen possunt ab illo diuidi, & recitari per modum horæ distinctæ, vt Ecclesia facit in die Natiuitatis Domini, saltim ex aliqua iusta causa, etiam leui, & si absque vlla causa fieret, non esset, nisi veniale peccatum, vt per Francolin. *c. 27.* Man. Rod. *supra ca. 141. n. 5.* Vega *d. c. 128. casu 26.* Toletum *in sum. l. 2. cap. 13. vers. hoc tamen*, & ibi Viçiorellum in *notat.* Açor *l. 10. c. 8. qu. quarta* & Petrum Ruiz Alcoladum in *Rubric. de laudibus*, qui ait esse vsum practicum. Et ita practicatur dicendo, tamen in 225

princi-

principio Laudum *Pater noster*, & *Aue Maria*, ut in principio aliarum horarum, & in fine Matutini orationem, *benedicamus Domino*, *fidelium anima*, & *Pater noster*, ut in fine aliarum horarum, ut ibi dicit P. Ruiz, licet id non esse necessarium dicat Agor ibi, & alij moderni, sed certe, cum recitentur per modum horę distinctę, ita videtur faciendum iuxta modum aliarum horarum & regulas Breuiarj, & quod in principio Laudum sit dicendum *Pater noster* & *Aue Maria*, & in fine Matutini *Pater noster*, quando dicuntur separatim, tenet Najar. d. cap. 3, num. 64. Manuel. Rodr. d. num. 5. & Victorcellus supra.

226 Cum infirmis, & ut recte inquit Manuel Rodrig. supra, d. c. 144 non est vtendum prædicto rigore, nisi clare constet quod potest id commode facere, unde raro infirmi tenebuntur aliquid recitare.

227 Hęc sunt quę de horis Canonicis, quas beneficiati recitare tenentur, visa sunt dicenda, aliā de hac materia horarum videri poterunt apud Ioan. de Lignano, & Alb. de Ferrariis, Nicolaum Ploue de horis Can. Nau. de oratione, & in Man. c. 25. a. n. 96. & num. 122. & 123. Sandoval. de officio Canon. Guerrero in speculo. cap. 13. Cuchum in institutio. maiorib. 5. tit. 7. de horis Canonicis. D. Ant. in sum. 3. p. tit. 13. c. 4. Sotum, de iustit. & iure l. 10. q. 5. Io. Medinam C. de oratione, Mancellum, Francolinum in tract. de tempore horarum Canonicarum. Ioann. Stephanum. Durandum de tribus Ecclesijs Catholicis lib. 3. per totum. Caietanum, & Arraz. 22. q. 83. ar. 12. & 13. Bellarminum. 3. tom. vltima controversia veris controversiis, lib. 1. & cap. 10. Valentiam 3. tom. disputat. 6. q. 2. pu. 10. Tabienam, Rossellam, Angelum, Sylues. Armillam, Caietanum, & Man. Sa. verbo hora, Cosmam, Philierchum de officio Sacerdotis. 1. par. 1. lib. Iacobum de Grassis in decis. aureis casuum conscientie, lib. 2. a. c. 50. ad 54. Summam Coronam, 1. p. cap. 1. ex num. 52. Ludo. Lopez in instruct. conscientie, 1. tom. cap. 244. & seq. & 2. to. ex c. 102. ad 105. Man. Rodrig. in sum. 1. tom. ex c. 140. ad 145. Vegam in sum. 1. part. cap. 28. Ioann. Baptistam, Corradum in responsis casuum a quęst. 240. ad 246. Cardin. Toletum in sum. l. 2. a. cap. 10. ad 14. Agor in instit. moralium lib. 10. ex c. 1. usque ad 16. & P. Ledes. in sum. 2. part. tract. 9. c. 4.

CAP. II.

De residentia.

SUMMARI.

Omnia Beneficia, etiam simplicia de iure residentiam requiruntur. num. 1. exceptis præstimonis, num. 2.

Et generalis consuetudine Beneficia simplicia residentiam non requirunt, numer. 3. resolutiones Rota ad hoc, numer. 4. 5. 6. & 7. declarationes S. Cong. 15. n. 8. & 9.

Dicta consuetudo generalis non residendi in beneficiis simplicibus cessat, ubi aliud sit inductum de iure speciali seu ubi adst. statutum, & particularis consuetudo, n. 10. resolutio Rota n. 11. & 12.

Qua Beneficia requirunt personalem residentiam, & de causis excusantibus a residentia, ac de residentia Beneficiatorum, qui agunt, numer. 13. & 14. & 15.

Episcopi, & alij Pastores, etiam Parochi tenentur residere, non solum de iure Canonico, sed etiam de iure diuino, ac naturali, n. 16.

Circa residentiam Episcoporum, ac Curatorum est constitutio Py. IIII. & V. n. 17.

Quomodo teneantur residere Episc. & Curati, & quanto tempore abesse possunt remissive. n. 18.

An Curatus possit abesse, per duos menses absque licentia Ordinarij, ex causa, quę sibi iusta videatur, num. 19. cum sequentibus, resoluitur contra Nauarrum & alios non posse, & adducuntur declarationes. S. Cong. n. 20. & seqq.

An Parochus, qui absuit per duos, aut vnum mensem absque licentia Ordinarij in scriptis, vel absque aliqua honesta causa fructus suos non faciat, numero vigesimo quinto cum sequentibus resoluitur suos non facere, & respondetur eundem declarationi S. Congregationis, quę videtur obitare.

Fructus amissi ob non residentiam, restituendi sunt fabricę Ecclesiarum, aut pauperibus loci, nec habet locum compositio, n. 30.

Huiusmodi fructus ab Episcopo restituendi possunt restitui fabricis Ecclesiarum, aut pauperibus diocesis, quibus maluerit, restituendi vero a Parocho debent restituui fabricę Ecclesię suę, aut pauperibus ipsius Parochię, num. 31.

Quo ad istos fructus, quos Parochi pro rata absentię suos non fecerunt, non sunt obseruanda intervalla, eademque ratio, de quibus cap. 1. sess. 6. n. 32.

An Parochus habens iustam causam, & necessitatem discedendi notariam, possit discedere, non petita licentia, n. 33. & 34. resoluitur, non posse, nisi sit periculum in mora.

Ad absentiam Parochi licentia tacite non sufficit numero 35.

Qui bona fide affuit sine licentia videtur esse liber a culpa, & pena amissionis fructuum in foro conscientie, licet secus in foro exteriori, n. 36.

Parocho habenti reuera iustam causam absentię, non satis est petere licentiam, ea non obtenta, sed debet recurrere ad Superiorem, nec interim potest abesse n. 37. 38. & 39.

Episcopus non potest occupare Parochum in suo seruicio ultra bimestre contra Hoiedam, & Syluest. nu. 40. & 41. ponuntur declarationes S. Cong. circa hoc n. 42. alia declaratio, quę videtur obitare, nu. 43. cui resp. numero 44.

Reprobatur cons. Nau. 15. Clericis non resinen. nu. 45. & cons. 5. de atate, & qualitate n. 46.

Nec lis, nec prosecutio eius super Parochiali, est regulariter iusta causa absentię ultra bimestre, nu. 47. prosecutio tamen iusta super iuribus, & bonis ipsius Parochialis, est iusta causa absentię, licet non ad nullum tempus n. 48.

Lis & ipsius prosecutio super Dignitate, aut Canonicatu, non excusat possessorem a residentia ultra tempus a Concilio permissum, prosecutio vero iuris super iuribus, seu bonis Dignitatis, seu Canonicatus excusat n. 49. ubi ponitur resolutio Rota. Nec requiritur licentia Superioris, non tamen prosequens litem super iuribus suę Dignitatis luatur fructus Canonicatus, n. quinquagesimo.

Difficile videtur statutum, quod prosequens licet sibi mortam super præbenda post triennalem possessionem habeatur pro presenti n. 51.

An Parochus, qui residet in Parochiali, non tamen per se exercet officium, sed per substitutum, teneatur ad restitutionem fructuum, n. 52. resoluitur, non teneri, quāvis non resideat, ut debet, sicut etiam, quia male facit officium suum, n. 53.

De iure communi docentes in scholis Theologiam, vel in